







INTRODVCTIO IN PHYSICAM IVDICIARIAM.

Henrici à Lindhout Bruxellensis.

CAPVT I.

De Macrocosmi atque Microcosmi principiis & creatione.

VT res omnes quas mundi hoc Theatrum complectitur ab initiis & quasi rudimentis obscuris ortum accepere, ita nascens rerum scientia atque cognitio rudis in his solum versabatur principiorum disputatio, quæ vel oculis, vel auribus, vel aliis denique sensibus dici percipiq; possent. Etenim prima illa ætas causas duntaxat intuebatur quæ corã & in conspectu omnium erant, non absque maximis nugis de mundi principiis disputantes, vt sua cuique probabili ratione ducebatur. Plurima hinc philosophandi genera processerunt, quæ antiqui illi Philosophi (si mortem cum vita commutare possent) Democrito acrius jam riderent. Sileretq; ipse fortassis jam Ptolemæus, cælestium rerũ accuratissimus indagator: Cum Plato, & Aristoteles pisce mutiores eorum quæ scripserint pridem vanitate deprehensa, humanam Philosophiam pedibus conculcarent. Nam omnes adeò erant materiæ

Rudis antiquorum Philosophorũ ratio.

teriæ dediti vt ne ſemel libebat oculos in altum tollere, nihilq́; credebatur ferè, niſi quòd libebat, nec libebat niſi quod rationibus demonſtrari poſſet.

Thales. Thales itaq; primus ſapiens ſi Platoni credimus, poſt innumeros conatus ſuos, & indefeſſa ſtudia quapropter & Rempublicam & maximos magiſtratus abiecit: quid jugiter ſcrutando inuenit quod eſſet huius Theatri quod cernimus condignum fundamentum? Audi quæſo quæ ardua excogitatio: Aqua inquit, eſt principium vniuerſorum. Ex aqua enim omnia prodierunt, & in aquam omnia reſolventur. Nemo non dubitat, ſi Thaleti judicium acceptũ feramus, & hanc orbis molem committamus ædificandam, ſemper nobis illuviones & vndantes ſtagnationes fore timendas, quippe quod natura (iſtius ſententia) liquentem hanc aream ſuis ædificiis ſubieciſſe perhibetur, quæ ad quemlibet aquæ motum ruitura ſit. Taceo quantum is contra Architectonicæ artem molitur qui ſtructuræ domeſticæ paluſtrem regionem eligit. Sed quid hic opus eſt aliorum etiam argumenta nugatoria prolongare. Leucippus mundi principia medium inter aquam & aërem, Diogenes aërem, Heraclitus ignem, atomalia corpora Democritus, Anaxagoras diverſarum rationum & ſpecierum principia, Plato ens magnum & parvum, tria Ariſtoteles principia, rectius materiam ſcilicet, formam & priuationem ſtatuit. Sed deridet Eccleſiaſticus omnium opinionum vanitatem quando ait: Intellexi quod omnium operum DEI nullam poſsit homo inuenire rationem eorum qui fiunt ſub ſole, & quanto plus laborauerit ad querendum, tanto minus inueniat, etiamſi dixerit ſapiens ſe noſſe, non poterit reperire. Et nondum ait Firmicus deſcendit aliquis de cœlo, qui ſententiam de ſingulorum opinionibus ferat. Deſine igitur in argumentis friuolis antiquorum Philoſophorum firmitatem quærere, glandes porcis committe & bobus fœnum. Bruta mortales & res internecioni ſubiectas ſentiant.

Veteres Philoſophi omnes vno filo deducti turpiter erra uere.

Materiaos nimi-

Nos

Nos altioribus principiis nitamur, & æterna mente complectemur non à quibus fluxa & fragilia ab elementis, sed à quibus motus, & sempiterna supra cælos causantur. Audiamus igitur Moysen vera principia mundi reuelantem. In principio ait, creauit DEVS cœlum & terram. Ecce breuissimum totius creationis summarium. Res miraculo simillima, vixque credibilis, vel potius incredibilis nisi DEI verbum esset incarnatum, quod nos in tantis mysteriis instituisset. Unum fuit quod semel erat & vesper & mane & dies. Triduo antequam Sol, Luna & Stellæ nascerentur, vna lux erat in mane & vespera & diem discreta, quæ idem cum eodem dispositore fuit: qui dixit fiat lux. Considerate vera, librate mysteria. Sed quid fuit quod factum est, & quid fuit in principio, & quis aut qua conditione is jam fuit qui genuit principium. Inde sequitur: quia terra erat vasta deformitas. Denique Cœlum quasi vestimentum quod terram ambiebat atque celabat, & tanquam proximus amictus palliabat, vocabaturq; abyssus, vt Psalmo Centesimo tertio: qui fundasti terram supra stabilitatem suam non inclinabitur in seculum seculi. Abyssus sicut vestimentum amyctus eius, & supra cœlum erant tenebræ, post tenebras aqua, super aquam Spiritus Domini. Fecit itaque DEVS dicendo coruscare verbum, & fuit lux, & diuisit lucem à tenebris, appellauitq; lucem diem & tenebras noctem, & fuit vesper, & fuit mane dies vnus. Progreditur quidem ex nocte dies, & mane ab vtroq; pendet; sed non modo ante cœli & terræ creationem, verumetiam ante omnem æternitatem.

os res solum inter necioni subiectas sentire.

Gene. 1.

Christus DEI verbum incarnatum

Diuina mysteria.

Psal. 103.

Spiritus Domini.

Quum iam ex Moyse aliisq; veteribus Orthodoxis scriptoribus satis constet, materiam quam primam Philosophi appellant, nec ortus nec interitus esse expertē, inutiles has nugas adhuc hodie in scholis Christianis pueris inculcari profecto pudendum est & horrendū. Quasi verò mendacia, naturæ nostræ

Nugæ Aristotelis de principiorum mundi æternitate.

antea abundè satis corruptæ instillanda sunt, & non potius puerorum teneri animi ad veritatis doctrinam assuefaciendi, atque à nugis ad vera dogmata traducendi sint. Præstaret igitur eiusmodi nugis Aristotelicis de mundi principiis repudiatis, & penitùs explosis, vera dogmata pueris Christianis proponere.

Mercurius trismegistus. Creavit itaq; DEVS Cœlum & terram, & hominem ad suum Exemplar, duasq; finxit imagines, Teste Mercurio ter maximo, magnum & paruum mundum quo luderet in orbe terrarum, vt est in parabolis. In mundo ludit mirificis operationibus non syderea vel elementari tantum virtute, verum etiam aliquando occultissima proprietate. *Homo Microcosmus.* In homine qui Microcosmus rectè etiam dicitur, cujus conversatione plus quam mundi Deus ipse oblectatur, quem pro captu humano *Deus hominem in se transformare studet.* quidem in se transformare studet, vt sensitiua nutritio alimoniam, idq; facit quoad nos calore amoris quem concepimus, quoad se verò proprietate occulta quam ignoramus: siue tu eam fœdus nomines, seu tractum inenarrabilem aut alio quouis modo.

Cum igitur perfectum absolutumq; esset hoc mundi nobilissimum Theatrum, loquebatur altissimus Archetypus faciamus hominem ad Imaginem & similitudinem nostram: & *Genes. 1.* fecit Deus hominē, ad imaginem & similitudinem suam perfecit illum. *Anima rationalis exemplar Trinitatis.* Quod de homine interiore dictū putamus, qui est anima rationalis ad diuinæ Trinitatis simul ac vnitatis similitudinem creata, quo homine interiore sic divinitùs constituto, idoneum Deus illi largitus est indumentū ac domicilium, corpus scilicet humanum: quod & sequens litera respondit *Hominis materia.* quando dicit: formauit Deus hominem de limo terræ: Rursusq; subiungit scriptura & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, quæ virtus quædam est, qua intellectualis anima & corpus terrenum coniunguntur, atq; in vnum integrum hominem vniuntur. Sed constat ex formis pugnantibus inui-

cem

cem limus terræ hominis materia prima, quarum diſcordia ad totius integritatem ac pulchritudinem ſpectet. Vtrobiq; ex principiis prima & ſimplicíſsima eſt elementorum conformatio, ex elementis ſimplicibus alia craſsiora, quæ miſta primæ compoſitionis appellamus, cuiuſmodi 4. in cunctis corporibus facilè ipſius chymica reſolutione depræhendes: craſſamentum terreum ſcilicet velut fæcem: Gluten materiale, quo terræ particulæ continentur: Pingue item primogenium, vel vt oleum, ac pabulum caloris innati: ac poſtremò ſubſtantiam fumidam ſpiritali proximam, vt ex hypoc. de carnibus liquido conſtant: cuius principia quidam tenebriones ſibi ineptiſsimè vendicantes, Medicinam novam ſe ſomniaſſe in populo jactitant, manca pariter & abſurdiſsima demonſtratione tria rerum elementa ponentes, Salem ſulphur & mercurium: Cùm interim nihil niſi nomina rerum prorſus inuertant, res autem pro ſua libidine ad unam chymiſticam rapientes, eiuſmodi volunt quales rationum expers experientia, & principiorum altiſsimorum auctoritas malè intellecta perſuaſit. Porrò vt redeam vnde digreſſus ſum, ex anima diuina & corpore terreno, ſpirituque cæleſti homo conſtitutus eſt in corpore ſuo immortali, donec ſua ſponte diuini contemptu præcepti, in corpus mortale deciderit, & mentis eius à Deo facta ſit ſeparatio per peccatum. Et quæ hominis dignitas atq; potentia diuinitùs data, ea nunc contaminata turpiter, exuta ſemel pectoris innocentia, in omnem deformitatis ſpeciem prolata eſt. Hic tamen licet caducorum particeps ſit factus, vnius verbi incarnato myſterio rurſus conſors euaſit Diuinitatis, ſola viuit fide, euaſit angelus, & capit toto pectore Deum. Et Zoroaſtes vetutiſsimus Philoſophus: Anima inquit hominis Deum quodammodo contrahit in ſeipſam, quoniam nihil retinens mortale, tota diuinis hauſtibus inebriatur: Et tunc quoque talis anima ſæpe exultat in corporis harmoniam, quando ſcilicet poſt contemplationem re-

Limū terræ ex formis pugnātibus conſtare.

Myſta primæ compoſitionis.

Chymiſtarū vanitas.

Hominis miſeria.

Hominis fælicitas.

diens ad corporalia officia, producit in his fructus fidei, cibum iustitiæ. Ideo Johannes eiusmodi animam veram ait nasci ex DEO, siquidem DEI summi lumen quemadmodum radius solis corpus attenuans sursumq́; trahens, & in igneam conuertens naturam, per mentes angelicas vsque ad animam nostram defluens, instigat quotidiè animam carni immersam, vt denudata ab omni carnalitate deponat omnes potentias, operationesq́; animales & rationales, ac sola mente viuens, spe decora, fide directa, amore flagrans, tota ad DEI contemplationem conuersa, & in DEO fæcundata DEO regnante filius DEI fiat. Hinc Hermes Trismegistus: O Asclepi magnum miraculum est homo animal adorandum & honorandum. Hic enim in naturam DEI transit qua ipse fit DEVS. Hic Dæmonum genus vouit: vtpote qui cum ijsdem ortum se esse cognoscat. Hic humanam naturæ partem in seipso despicit, alterius partis diuinitate confisus. O hominis quæ est natura fœlicius. Hic Dijs cognata diuinitate coniunctus partem sui, qua terrenus est, despicit. Hæc ille. Sane magnum miraculum est homo, qui in macrocosmo constitutus, ea quæ supra mundum sunt, ipsiusque mundi autorem cognoscit, tum in eo ipso in inferiora huius mundi miracula cernit & intelligit, non solum ea quæ sunt & quæ fuerunt, sed & illa quæ non sunt, & quæ ventura sunt.

Fides cibum Iustitiæ.

Ioan. 2. 3.

Hermetis Trismegisti hominis laus.

Cum autem id quod à principij natura atque dignitate longius absit (vt ait Plato) perpetuum esse non posset DEVS statim homini, vt rebus singulis, vim indidit procreatricem, qua eius ortus & interitus perpetui manerent. Sed quomodo hanc indidit? Sparsis nimirum in eo diuinitatis suæ seminibus. Hoc vero generandi semen peculiare in hominem, generale quidem in cœlos & stellas inseruit. Primum namque firmamentum sideribusque singulis proprias substantias motrices præfecit, quas, quod optima sint mente preditæ, idcirco Aristoteles intelligentias appellat:

Quum videamus (inquit) præter ſimplicem conuerſionem vniuerſitatis, quàm à prima & immobili ſubſtantia cieri dicimus, aliàs inſuper errantium ſtellarum conuerſiones, eaſq; ,, ſempiternas (eſt enim ſempiternum quod in orbem conuer- ,, titur, neque vſquam conſiſtere poteſt) (id quod eſt in Phyſi- ,, cis oſtenſum) neceſſe eſt vtique illarum etiam conuerſio- ,, nem vnamquamque ab eo cieri, quod per ſe ſit immobile, ,, & ſempiterna ſubſtantia. hæc ille. Quomodo autem cœ- ,, li conuerſiones ſempiternæ ſint, oſtenſum eſt ex eorum crea- ,, tione atque principiis. Sufficiet ex Ariſtotele probaſſe id quod principium eſt motus, motus etiam cauſam eſſe. Igitur ex dictis conſtat cauſas creationis hominis duplices exiſtere. Hominem ſcilicet & cœlum, vnde dici ſolet homo hominem generat & Sol. Hic vt particularis, ille vt vniuerſalis. Cum itaque ex his duabis conſtet Microcoſmus, primò loco de genitore particulari deinde de vniuerſali agemus.

Metaph. cap. 7.

Duplex hominis creationis cauſa.

CAPVT II.

Exactior de principiis atq; creatione Microcoſmi perſcrutatio.

PRincipia, ſecundum Ariſtotelem ſunt, quæ ſingula ſeparatim minimè ſubſiſtunt, concurſione implexuque ſuo corpus efficiunt. Compoſitis corporibus tum principia tum elementa inſunt, ſed hæc quidem corporea ſunt, ex principiis condita, quæ & per ſe ſola ſubſiſtunt, & in totius ſunt genere, Sic alia elementis, alia concretis corporibus eſt materia, ſemen autem genitale & maternus ſanguis hominis principia ſtatuentur, non quæ componunt ſed quæ corpus efficiunt: Hic enim ceu materies quædam eſt, illud vt cauſa efficiens procedens à particulari generatore. Hæc eſſe corporis noſtri Elementa quis

Principia quæ?

Semen genitale & maternus ſanguis hominis principia.

quis affirmet, cum id minime constituant, nec in ea præterea seruentur eius verò causa sunt & materia in qua iactatæ & peruulgatæ quatuor illæ rerum naturæ, terra scilicet, aqua, aer & ignis, vel potius limus ille terræ inseritur.

Hactenus quod sit, Iam quid & à quo id sit dicendum. In hunc itaque modum seminis naturam & deriuationem perscrutabimur. Non minus enim circa hanc quàm mundi principia veteres Philosophi altercati sunt. Pytagoras illud vtilissimi sanguinis spumam, siue cibi vtilissimum excrementum dixit, Plato autem spinalis medullæ defluxum, quia nimium coeuntibus oculi dolent qui sunt partes cerebri, Democritus ipsum ab omnibus corporis partibus deriuatum ait, & Epicurus à corpore & anima conuulsum, Cæteri putant sanguinem esse testium, & dealbatum, ea duntaxat moti ratione quod vltra vires coeuntes, sanguinis guttas eijciunt. Aristoteles alimenti sanguinei excrementum, quod vltimum in membra ligeritur. Quod ad muliebre semen attinet, Democritus & Aristoteles dicunt nil ad generationem conferre, neque germen illas, sed particularem quendam sudorem emittere. Galenus illas & sperma, licet imperfectum germen, emittere ait, & vtrorumque viri & mulieris semen fœtum constituere, Aristoteles corpora animalium ex sanguine proximè vult generari & immediatè nutriri, sperma quoque ex sanguine generationem habere. Hypocrates contra corpora animalium ex quatuor humoribus primò coagulari. Multi ex Arabibus putarunt: animalia perfecta posse absque congressu vtriusque parentis generari, ac sine semine produci, qua de causa matrices non esse necessarias nisi per accedens perhibebant. Contra quidem Philosophi & Medici naturales, nunquam virginem concepisse, nunquam mulierem sine viro asserere conati sunt, solo naturali lumine ducti, id dixerunt. Quid de Auerroæ dicam? ait mulierem sine viro concipere posse, suamque hanc sententiam vnius relationi muli-

Veterũ Philosophorum de semine varia sententia.

Ratio Platonis.

Aristotelis de semine sententia.

Arabicorum Medicorum Insania.

Auerroes. 2. collect. 10.

ierculæ

lierculæ miserè defert, quæ in balucis scilicet sine viri concubitu in quo viri sperma proiectum fuerat conceperat, eoque tandem infantiæ venit, vt dixerit se inuenisse in quodam libro scriptum, hoc fieri posse per facultatem vteri erga sperma attractricem; Imo insaniam insaniæ addit. Hanc(si dijs placet) rationem sibi mirifice placuisse huiusmodi nugas non solum in Auerroe nostro, alijsq; veteribus verũ etiam in neotericis nostris reperies, omnes sic á se inuicem dissentientes, vt ne medicus quidem reperiatur qui cum socio suo cumprobet. Nam quod vnus probat, ridet altrum nec quicquam apud eos certi, quod sane mirum non est cum nimium materia dediti, solam illam sciant atque intonnent. Sed valeant isti. Nos cum solo Fernelio inter neotericos consentimus, qui Aristotelis ratione ductus semen esse ex quo oriuntur primò ea quæ secundum naturam constituuntur, non quidem vt ex materia, sed vt ex motus efficiente principio, idq; ab omnibus partibus solidis testium vi secerni, sed quo pacto ab his deriuetur, nobis demonstrauit Hippocrates, eòque potissimum vsus est argumento quod non semper à claudis claudi, vel mutili procreentur. Non enim vt cumque corpus in genitore truncum fuerit, idcirco & spiritus ex necessitate claudicabit: Nam secundum nobiliorem sui partem patitur nihil. Neque corrumpitur operationis etenim suæ vestigium concipit non ex ipsa materia tantùm, sed ex parentum anima, quæ prius illorum corpore toto tota fuerat propagata & in auram diuiniorem spiritus informantis sic rerum agendarum characterismos impresserat, vt idem spiritus etsi non protinus idem genituram faciat esse vitalem; vitæ tamen instantis aut consimilis formæ syndromen Physicam, aptam quæ in corpore seminis præparationem facit, non aliter quam si sensu quopiam, aut intellectu præditus foret. Vnde hanc actum seminis perfectiorem sed imperfectũ compositi naturalis, sæpe ipsius animæ vocabulo Hippocrates est dignatus.

Ridiculosa eius probatio.

Semen quid.

Mulieris semen fœcundum.

Cum igitur in vtero eiaculatur viri semen, eodem tempore eiaculari oportet illud quod est mulieri fœcundum, si modo futura sit conceptio, quæ bene affecto vtroq; parente, ex semine exacte concocto, crasso, fœcundo & vndiq; ab vtero conprehenso perficitur. In hac potentiore existente masculorum semine fit mas: & contra fœmina, sæpe etiam latet causa proprietasq; occulta.

Sexus causa.

Licet tamen in vtroq; parente semen masculum & fœmineum continetur, illud potentius, hoc verò debile existit.

Sic homo prius è substrata materia & specie fieri intelligitur, è quibus cum longè maximè præstet species, naturæ nomine multò sæpius quàm materies appellatur. Immigrat illa quondam idque repente admodum, & vno temporis puncto: sed priusquam illuc appelleret, ornatum quendam & præparationem materiæ desiderabat, per quam & sine qua eò appellere non posset. Hæc præparatio potētia dicitur, quę non quidem portio, non minimum quicquam est aduentantis formæ, sed vt dictum est illam tantum præcurrens instructio. Hanc potentiam parentes contulisse putamus, alias per se, alias cum semine aut quodam cum seminario illi respondente. Sed variæ hæ sunt præparationes vt puta, ab elementis, partium apta conformatione, & ingenito spiritu. Hic verò potentiarum ordo, à facultate & vi diuina seminis, & ab eo qui semen jecit dependet.

Lib. 2. de animal. Porta. c. 3

Quod autem semini vis diuina insit testatur Aristoteles: Jngenitus (inquit) calor purus nullũ animal gignit sed frigore temperatur. Calor autem in semine diuinus existit, proportione respondens elemento stellarũ. Atq; deinde seipsum explicans mox subiungit, "Etenim omnis animæ vis, siue potentia corpus aliud participare videtur, idque magis diuinum, quam ea quæ elementa vocantur: verùm prout nobilitate, obscuritateq; animæ differunt inter se, ita & natura illius corporis differt." Postremò & illa subiecit nostris consentanea:

In

Inest seminibus omnium, quod facit vt fœcunda sint semina, videlicet quod calor appellatur: idq; non ignis, non talis facultas aliqua, sed spiritus qui in semine spumosoq; corpore continetur, & natura quæ in eo spiritu est, proportione respondens elemento stellarum. Vides quo pacto spumam in semine, in spuma spiritum dicat, in spiritu calorem innatum, in hoc postremo naturam, atq; animæ facultatem: cuius solius respectu, aiebat Hippocrates, etiam in seminis massa calidum quoddam existere animatum, diuinum & immortale, cuncta videns, audiens atque intelligens.

Lib. de carnibus.

Fui in his prolixior, quòd sciam medicos plures, propter Astronomiæ imperitiam, etiam in rebus ad se maximè pertinentibus nec cæli quidem vocabulum tolerare, solo contentos refugio proprietatis occultæ. Quod licet tutissimum illis & expeditum, turpe tamen ac ruditatis maximum est argumentum: ideoque merito hunc asinorum pontem nuncupaui.

Porrò vt ad rem redeam. Absoluta iam præparationē quo tempore consummatam potentiam dicimus, extrinsecus accedit ipsa species, naturali quidem & ineuitabili necessitate. Ea simplex omnino est, nullam ex subiectorum formis compositionem sortita, sed quæ multa tamen pro varijs quas habeat facultatibus gerere & moliri possit. Et parentes dum per se, aut seminis seminarijue interuentu aliud quiddam sui nominis ac generis gignunt, illius speciem vel faciunt vel immitunt: Sed ij huius vnius causa sunt vt nempe in materia sit species. Atq; id est quod geniti causam esse, ipsumq; genuisse perhibetur: sed est certe supra illum sublimior & præstantior opifex, extrinsecus formam ceu quodam afflatu inspirans.

Hanc à cœlo deriuari multis probat rationibus Aristoteles: breuitatis tamen causa hic omittendæ, nostris etenim satis compertum est, in stellis singulis singula esse semina

ſicuti in ideis, in eſſentijs, in vitis, in mentibus omnia erant in omnibus. Attributio hæc neceſſaria per ſe eſt, & ſapientiæ conditoris, & conditarum rerum generibus eſt conueniens. per ſtellas igitur, ſingularia ſunt ſparſa ſemina.

Viribus plura, pluraque actionibus, quatenus in ſpeciei eiuſdem in diuiduos ſecantur effectus, qui abeis prouaſcuntur. Non enim ſtellæ ſunt ocioſæ ſtatue, ocioſas vires habentes, aut ocioſas actiones. Agunt igitur. Quid vero agunt? Actiones, quæ ſingulis illis competunt, quæque propriè ſunt cuique notas partim, partim nobis adhuc ignotas. Notæ quidem ſunt ardere in ſe, calere lucere, lumen effundere, calefacere. Et hominem generate hominem & Solem, vt dictum eſt, ſed ſi Sol id facit, cur non faciat Saturnus, cur non Iupiter, ſole paulo minores? Cur non idem faciant Mars, Venus & Mercurius, etiam ſi ſole ſint minores? Sed de his in ſequentibus amplius dicendum. Reſtat ſolùm ut procreationis ſeriem ſecundum Solem reliquarumq; planetarum motum recenſeamus.

Saturnus. Saturnus itaque ſupremus omnium planetarum primò conceptum dirigit, per primum menſem ab hora conceptionis, materiam coagulat, conſtringit & exiccat, ſicut enim ipſe altior eſt cæteris planetis, & primus, ita eius regimen primo creaturam humanam ambit & gubernat. Si itaq; ipſe tunc bene diſpoſitus fuerit, erit conceptio bene diſpoſita & ſalua, præſertim partes, ſiue fœtus elementa Saturno ſubiecta.

Iupiter. Iupiter diſponit conceptum in vtero ſecundo menſe, qui mouet ventes coagulatiuos, & diſponit materiam, vt fiat mollis, dirigitq; ventus eius calorem naturalem & commiſcetur cum tali vento materia, eritq; quaſi dormiens, qui ſemper mouetur ad vigiliam, nec ceſſabit moueri donec forma totius accedat & in hunc mundum generetur.

Mars. Mars diſponit conceptum tertio menſe, qui materiam illam ad ſui naturam & colorem mutat, in formam ſanguinis deducendo, virtuſq; Iouis tunc latitat & quieſcit. Hinc fit quod

vtero

vtero gerens magnam tunc habeat nanſeam propter ventus Iouis mouentem matricem cum materia in ea. Sed in vtero tertio ferè menſe ſemper ceſſat nanſea propter Martem qui tertium ipſum menſem dirigit. Si itaq; tunc bene fortunatus fuit bene fortunatur, eritq; ſanguis nati purus, & vix ac rariſsimè ſuperabundans, niſi forte propter vitam inordinatam. Si vero male ipſe diſponitur, contrarium accidit.

Sol oculus mundi quartum menſem ſibi vendicat qui benigno & ſalutari ſuo calore humiditates ſuperfluas ſiccat, membra principalia conformat, caloremque rectificat. Illo etenim menſe largitor omnium formarum proijcit fortitudinem in conceptum, dando animam rationalem ei. Si igitur in quarto menſe Sol aſcendit ad augem fueritq; in dignitatibus ſuis fortis ſignificat perfectionem & formoſitatem vultus, quoniam tunc etiam natus erit magnæ potentiæ, motumque iam adeptus eſt. *Sol.*

Venus diſponit quintum menſem, illo enim menſe apparet forma membrorum & figuratur ſexus, eriguntur que capilli & excreſcunt crines. Si ipſa tunc fuerit bene diſpoſita, fortis in dignitate ſua, erit natus formoſus, amicabilis, & plenus dulcedine, completus in facie & membris. Si verò fuerit deſcendens, vel in domicilio Saturni, natus erit difformis & turpis. *Venus.*

Mercurius ſextum menſem diſponit, ſed quia ipſe eſt Planeta loquentiæ, ſapientiæ, doctrinæ, ſenſus ac nutritionis, facit diſcretionem vt fœtus ſe nutriat, & extendit membrum lingue, & vocalem arteriam, ea ratione fœtus eo menſe validius incipit percutere manibus pedibuſque in matrice, & motus eius fortificatur, appetitq; exire de tenebris ſed nondum eſt tempus. Si ipſe fuerit aſcendens in circulo ſuo fortis & bene diſpoſitus varijs exornatur donis ſecundum varias irradiationes bonorum Planetarum. Sin verò contra, contraria accidunt. Maximam etiam vim in ligna obtinet quàm ſecun- *Mercurius.*

cundum eius dispositionem mobilem impeditam titubamtemúe facit.

Luna.

Mercurio succedit Luna mense septimo, tunc fœtus formam completam adipiscitur in vtero materno, habebit tunc fiduciam vitæ & gubernationis. Si isto mense nascatur puer, erit bona spes de vita nati, propter complementum significatorum Planetarum.

Saturnus.

Saturnus secundariò fœtum mense octauo dirigit, cuius virtute ipse infrigidatur in matrice, & vix semiuiuus, ita quod vix in eo appareat motus. Et si puer eo mense exibit, eo quod siccus & congelatus quasi est, sæpissimè mortuus exit.

Iupiter.

Hunc rursus Iupiter sequitur dirigitq; fœtum nono in mense, qui facit ventum & motum, & tunc exit puer de tenebris & angustia ventris in hunc mundum erigitq; tum oculos ad lumen Solis, si est de die, vel ad lumen candelæ, si fuerit de nocte, miraturque de non visis, & propter loci angustiam, per quem exit, quoniam constringitur & coarctatur, incipit flere, percipiens miseriam huius terrestris seculi, in quo hic filius vniuersi fit, omniumque miseriarum subiectum, vt Xenocrates in libro de morte, Axiocho recte dixerit. Quid autem de illo (inquit) tibi videtur qui nascentem iubet miseriam suæ vitæ lugere?

Homo omnium miseriarum subiectum.

Atque hæc de mundi principijs & creatione, dequè hominis principijs, & virtutibus syderum actionibusq; in eius procreatione longè aliter quam à Paracelso, aut eiusdem farinæ philosophis, tradita sunt, persecuti sumus. In hac itaque via persistentes, ad vlteriora progrediendum est.

CAPVT III.

De triplici actionum humanarum causa.

Quoniam

QVoniam igitur opuſculum hoc totum Aſtrologiæ conſecrauimus iudiciariæ, differentiam actionum microcoſmi paucis complectar. Galenus temperamentum corporis affectiones animi vt plurimum comitari aſſeuerat, & rectè, niſi grauiſsime pugnet diuinæ partis ſubſidio aduerſus concupiſcentiam brutam: ita enim pro cæli vel aëris affectu, animalium ſenſus afficitur, mutantur mores, quandoq; & ſtudia, vnde ad Poëſim modo vel muſicam propendemus, hinc ſæpe per naturaliũ rerum ſpectacula conſcendentes, vel ad mathemata, vel metaphyſica ſperuenimus. Vnde relapſi denuo, velut ab intellectu ad rationem, à ratione ad ſenſibilia ſpectra deuoluimur, quod & in animi per turbati affectibus locum habet. Sed quia in nobis viget voluntatis quædam liberior vis, brutorum animas certe magis quàm noſtras, huic fatali circunferentia ſubjici conſtat.

Sed cum hominem ex tribus velut in vnum coagmentari conſtet, anima nimirum corpore, & ſpiritu inter medio; quarum, cuique partium ſua rurſus natura particularis exiſtit, ſua propria perfectio, ſua virtus, ſua denique motus cauſa. (A orpore nulla fiet actio cùm animæ ſpirituſq; tantũ ſit inſtrucmentum). Primum duplices actiones microcoſmo ineſſe à principijs primò, deinde ab ipſa experientia demonſtrationẽ habet, à DEO ſcilicet, & macrocoſmo. Hiſce tertia accedit quæ malo dæmoni nuncupatur, quas ſingillatim recenſere & notis quaſi depingere maioris eſt operis.

De origine igitur primæ actionis dicturi, creationem ſuperiorum repetere opere pretium eſt. Æternitatis igitur dominus, vniuerſorum principium, medium & finis, & renouatio, fons pietatis & origo, & bonum, ipſe omnipotens DEVS, optima ſua voluntate propter infinitam ſuam gloriam, omnia creauit bona, vt omnia eum manifeſtent, & ſancte incorruptèque agant quæ ad illius pertinent honorem, ſtatuitque omnibus præſcriptum certis limitibus finem

Creationis cauſa.

pulchrum-

pulchrumq; ordinem, quæ transgredi prohibuit. Hæc erat DEI voluntas in creatis, creauitq; DEVS superiores nonum Angelorum choros, quos sic Dyonisius disiunxit: Supremum & exelsissimum tenent Seraphin, hinc Cherubin insequuntur deinde throni, ab ijs dominatores mox virtutes, proximè potestates, succedunt principatus, deinde Archangeli, tandem Angeli infimo cœlestium ordine, hoc sequuntur nouem corporum cœlestium sphæræ. Quarum Aristoteles diui Platonis autoritate tantum octo esse commemorat, primam, primum mobile, firmamentum seu cœlum stellatum esse asserit, secundam Saturni, tertiam Iouis, quartam Martis, quintam Solis, sextam Veneris, septimam Mercurij, octauam Lunæ. Alij statuerunt cœlum crystalium, alij Empyreũ, sed eos conspexisse cœlos, propter nimiam à nobis elongationem vidi adhuc neminem. Creauit DEVS etiam Elementa, Ignem, scilicet, aerem, aquam & terram, vegitabilia & animantia, quadrupedia, repulia, aquatica simulatq; volantia, & horum omnium principem atq; finem hominem ad imaginem suam, eique tanquam filio congratulatus est.

Angelorum ordo

Nouem Sphæræ.

Subterlunariorum creatio.

Homo finis creationis.


Sed de superiori diuisione prius dicere constitutum est, & quibus muneribus obeundis cuique destinentur, cælestium itaque spirituum (vt typus hic abnexus manifeste ostendit) prima distinctio DEVM iugiter ambiens, & circa illum nullis mediis interpositis agminibus astans, æternam ipsius scientiam simpliciter & indeficienti circumstat affectu. Ea quippe plurimas ac beatissimas speculationes, purissimis intuetur obtutibus simplicesque & contiuentes diuinæ claritatis radios suscipitatque diuini cibi alimoniam pascitur, plurima ex diuinis excellenti ratione cognoscens, diuinæque scientia & agnitionis quantum fui est, particeps facta.

Angelorum chori prima creationis deuisio.


Quid autem à supremo illo ordine singulis deinceps inferioribus influat. Ita quidem exposuit Hieronymus: Superiores, inquit, emiuentioresq; ordines Inferiorum quoque agminum

Lib. de Cœlest. Cap. 10.

num non carent fulgeribus atque virtutibus: Posteriores ve-„
rò superiorum intelligentiæ exortæ sunt, sunt autem omnes „
ita instituti vt inferiores superioribus ob audiant, eorumque „



mo-„
one „
o & „
geli „
agis „
ne-„
eria „
vt „
int-„
hu- *Dani. 10.*
tura *Deu. 32.*
rum
nos
erò
obis
veri- *Math. 18.*
pu-
per „
obis „
:A-„
on,
ho-
rem
pora
uit.
lum
era-
Ve-
omi-
a illi
tissi-


TETRAGRAMMATVS·LVX·DIES·OLYMPVS·REX REGVM·ET DOMINVS DOMINANTIVM·DEVS DEORVM·ET SANCTVS SANCTORVM·DOMINVS VIRTVTVM·ET VITA SEMPITERNA DEVS ABRAHAM·DEVS ISAC·DEVS IACOB·SOLVS·ALTISSIMVS·EXCELSVS·ET SVBLIMIS HABITANS AETERNITATEM PRINCEPS·DVX PRIMVS ET NOVISSIMVS ALPHA ET O·ADMIRABILIS etc
SERAPHIN·
CHERVBIN·
THRONI·
DOMINATORES·
VIRTVTES·
POTESTATES·
PRINCIPATVS·
ARCHANGELI·
ANGELI·
PRIMVM MOBILE
SATVRNVS·
IVPITER
MARS·
SOL·
VENVS·
MERCVRIVS·
LVNA·

B 16

pulchrumq; ordinem, quæ transgredi prohibuit. Hæc erat DEI voluntas in creatis, creauitq; DEVS superiores nonum

Angelorum ordo

Angel
& exe
deind
testate
Ange

Nouem Sphæræ.

porur
auror
mobi
dam S
sextai
tueru

Subterlunariorum creatio.

cœlos
nemi
aerem
dia, re

Homo finis creationis.


princ
tanqu
S

Angelorum chori prima creationis deuisio.

quib
itaqu
prim
lis m
tiam
pluri
obtu
dios
diuir
agni
Q

Lib. de Cœlest. Cap. 10.

riori
res, ir



num non carent fulgeribus atque virtutibus: Posteriores ve-„ rò superiorum intelligentiæ exortæ sunt, sunt autem omnes „ ita instituti, vt inferiores superioribus ob audiant, eorumque „ nutus enuntient. Ac primi illi quidem vt summi DEI se mo-„ uentis consilia & voces exponant: reliqui verò proportione „ debita, vt tandem per infimos Angelos nobis pro modo & „ ratione, cuiusque diuinorum sensuum apperiant lucem. Angeli „ namque implendi peragunt munus, & ipsorum ordo magis „ circa euidentiora & apertiora versatur, ac mundana ferme ne-„ gotia ab eis disponuntur. Enuntiant enim diuina mysteria „ humanis ordinibus, quibus eos præesse credendum est, vt „ illorum ministerio ferantur ad DEVM & conuertentur, sint-„ que ipsius societate & coniunctione fœlices. Hæc ille. Sed hu- *Dani. 10.* manarum rerum administrationem angelis sacra scriptura *Deu. 32.* distribuens, Michaelem Iudeorum principem, alios aliarum gentium præsides constituit. Statuit enim altissimus terminos gentium iuxta numerum Angelorum DEI. Neque verò gentibus duntaxat aut terræ prouinciis, sed & singulis nobis addictos esse custodes angelos, inconcussa illa Euangelii veri- *Math. 18.* tas testatur. Videte, inquit, ne contemnatis vnum ex his pu-sillis, dico enim vobis, quia Angeli eorum in cœlis semper " vident faciem patris qui in cœlis est. Sic (vt proditum nobis " literis est) primi parentis Angelus custos, dictus est Raziel: A-" brahæ Zakiel, Isaac, Raphael, Iacob, Peliel, Moysis, Metraton.

Per hos internuntios plurima fecerunt & acceperunt homines. Qua de causa Augustinus ait, nullam apud nos rem visibilem ex stare cui non præsit angelica potestas & corpora omnia per rationalem vitæ spiritum regit constanter asseruit. Origines similiter in commentariis, non hominibus solum verùm etiam bestiis, animalibus natalibus, plantis cæterarumque rerum incrementis proprium spiritum designauit. Verum quemadmodum hæc omnia infra hominem ad hominem referuntur: ita & omnis circa hæc angelorum cura illi

potiſsimum ſubancillatur, & ſeruit ſtudio, vt curent humana, & noſtræ auxiliantes imbecillitati efficiant quantum patimur ipſi, vt piè ac fœliciter vitam agamus.

Ex dictis perſpicuũ euadit excellẽtiſsimas microcoſmi actiones, non à cælo atq; ſyderibus, ſed à DEO opt: Max: per ſe, & proximè ab angelis depẽdere, & vt vno dicam verbo à DEO ſolo Chriſtianæ mẽtis intelligere ac ſentire, diuinitus dependere, cuſtodire atq; duci ab angelis. Præterea licet ita gubernat DEVS vt naturæ ſuas partes aliquo modo relinquat, tamen multa corrigit in natura, & multarũ permittit rerum euentus alios, quàm quales proponit natura. Motus etiã peculiares per ſpiritum ſanctum excitat in animis hominũ qui non cientur ſtellarum viribus aut temperamentis, ſed immediatè à DEO proficiſcuntur, ſic pſalmographus Dauid immediatè à DEO ſingulari robore viriũ accenditur, vt cum Goliath præliatur. Et Moyſes non beneficio aſtrorum ſeruatus eſt cum euaderet via per mare patefacta. Neque Petrus cum per Angelum è carcere educeretur, ſyderum beneficio liberatus eſt. Neque Paulus ex hoſte Euangelij poteſtate aſtrorum pius factus eſt. Hi motus ſanè qui à Phyſica ſunt alieni, cum ſunt diuini rectè conſiderentur & aſſueſaciendæ ſunt mentes, ad petendam à DEO gubernationem. Angeli namq; tamquam magni regis ſatellites, aures atq; oculi, (vt Philo inquit) qui per naturæ ſcalam iugiter, aſcendentes deſcenteſq; & mandata DEI ad genus mortale perferunt, noſtraſq; viciſsim præces ad vniuerſi præſidem DEVM. Cum minus conuenerit, propter iniquam proportionem inter ens primum, & ignobilem hanc materiam etiam ſumma beneficia nobis diuinitus ſiue mediatoribus elargiri. Nec ſcio an ullum maius exiſtat erga mortales tum diuini amoris, tum prouidentiæ argumentum.

Prima actionum humanarum cauſa.

Ita quidem ſe habent primæ noſtræ actiones, quæ deinde à macrocoſmo etiam diriguntur vt cauſa ſecundaria quia tamen non neceſsitat, ſed agit aut non agit, prout voluntas noſtra aſſentitur aut repugnat, ipſa potius cauſæ nomine di-

gnabitur, hæc nostra voluntas astris dominatur. Quod autem inclinationes sint, quæ sequuntur temperamenta qualitatum, perspicuum euadit per ingeniorum infinitas dissimilitudines, quæ profectò dissimiles pariunt actiones, quemadmodum Poëta verè significauit, cum inquit.

Secundæ humanarum actionum causa.

Naturæ sequitur semina quisque suæ.

Quod multis tamen modis & rationalibus impediri potest, meditatione, scilicet, inuocatione, & timore DEI. Cæterum homo liberum suum obtinet arbitrium (vt dictum est) & in vtramque partem potest suam flectere voluntatem.

Sic cœlum signaq; non causas ineuitabiles afferunt cur quid eueniat, sed enuntiant euentura nisi prouideris. Qua de causa stultè opinantur, qui nos ipso syderum cursus, mortalibus corporibus, animisq; nostris ineuitabilem quandam inuehere futurarum rerum necessitatem opinantur.

Hic etiam stoicorum delirium de necessitate abhorrebimus, qui primam causam compedibus vinctam DEVM ipsum cœlo affligunt, imperium naturæ ei eripiunt, & ex hominis voluntate bel tuinum seruitium statuunt quasi Neronis, Caligulæ, Antonisq; scelera nefanda cœlo essent necessario tribuenda, cui voluntas nostra subiecta sit. Sed hos cum Epicuro sinamis ineptire; sunt enim eiusmodi, vt magis opus habeant medicis, quàm refutationibus.

Cæterum manifestum est diuersas regionum naturas, & diuersarum gentium ingenia, à cœlo natura dependere, vnde facilè iudicari potest in miscendis temperamentis corporum atque ingeniorum, inter alias causas etiam luminis naturam concurrere. Pulcherrima enim illa syderum corpora frustra condita esse non est sentiendum. Præsertim cum ille ordo atq; cursus summa ratione constet, adeò vt quædam quasi politia in cœlo velut in poemate depicta esse videatur. Sol qui cæteris princeps est, regnare videtur stipatus senatoribus, in medio cœlorum parte vehitur, bellatorem atque

oratorem habet,& œconimas Venerem & Lunam: Nam hæ præcipuè dominantur in ciendis humoribus quibus aluntur corpora.

Tertia humanarum actionum causa.

His peractis restat vt tertiam humanarum causam in medium proferamus, eam namque sibi Diabolus vendicat sed qua de causa, vndeq; hanc obtinuerit potestatem prius dicemus. DEVS igitur excelsus priusquam mundi huius aspectabilis quicquam moliretur, incorporeum illum ante traditum miris spirituum ordinibus confertum condiderat,qui quum omnes boni essent,nec quicquam mali efficere potuissent qui esset ipse optimus: vnus tamen Lucifer, angelica natura non contentus, nec sublimitate sua,ambitiosè appetens altiora, ex oppositoq; se locans,ausus est in corde suo dicere: In cœlum conscendam,supra astra DEI exaltabo solium meũ,& sedebo in monte testamenti,in lateribus Aquilonis, ascendam super altitudinem nubium,similis ero altissimo. Tum omni exercitu quem fraude & perfidia fefellerat comitatus, de cœlo corruit in terram,hancq; vallem contagiosam. Qui mane oriebatur lucidicissimus, iam in infernum detractus est, in profundum lacus. Et vt inquit Iudas Apostolus, DEVS angelos qui non seruauerunt principatum suum,sed derelinquerunt suum domicilium in Iudicium magni DEI vinculis æternis sub caligine reseruauit.

Esa. 14.

Angelorum lapsus.

In Epistola.

Infinita hæc spirituum multitudo bifariam tuum discreta est: hi cœlorum sedibus addicti & consecrati sunt: illi cœlo exterminati huc in exilium relegati, elementari mundo sedibus incertis oberrant. In omnibus hæc mala insunt,furor rationis expers, demens concupicentia,cogitatio præceps atque proteruia. Hæc Iudas triplici genere complexus est: hi, inquit, carnem quidem maculant dominationem spernunt, maiestatem blasphemant.

In Epistola.

Itaq; dæmones è patria sedibusq; exturbati, effrenatius in huius mundi principatum exules inuaserunt, suamq; ip-

stius iustitiam in creatura DEI propagare non cessat, in tanta pertinaciter subsistens superbia, neque proprium peccatum vult agnoscere, sed DEVM ipsum non cessat assiduo peccato suo criminari. hinc græcè Diabolus nuncupatus, hoc est criminator.

Ab hoc ortum habet omnis iniustitia, iniquitas, malitia mors, defformitas, proceditq; ex eo omne malum, & nihil nisi malum. Ergo & tertium actionum genus ex eo, vt ex causa, ortum rectè dicimus.

Diabolus tertia humanarum actionum causa.

Sic igitur, non astris, non aliis naturalibus causis sed Diabolo rectè tribuntur Neronis & similium Tyrannorum prodigiosæ libidines atq; parricidia. Ea enim ratione innumerabiles homines astrorum beneficio, vel optimis naturis prædi- ti, horribiliter in scelera ruunt, & tristissimis casibus opprimuntur, vt Achab & similes, quorum facta & euentus, non ad causas cœlestes sed ad Diabolum & voluntates hominum referendi sunt.

CAPVT IIII.

Contra eos qui cœlestium corpora nil in hæc inferiora agere contendunt.

TRes iam microcosmi actionum causas constituimus: diuinas scilicet, naturales siue cœlestes, & diabolicas diuinis atq; diabolicis suppresſis, de vna naturali vlterius dicendum esset (quæ sola ex Astrologia innotescit) nisi me huius tempestatis hominum nostrorum pertinacia stultitiaq; (nomen hoc ex solo auditu abhorrentes) in via ingressa detineret: Sed quid?

Magna sanè hoc nostro seculo in nostris perspicitur inconstantia atq; insania. Nam cum huic placuisse credas, nihil agis

omnis labor, omne perit obſequium. Vel ſi vrbanas illis offeras delitias, ruris fragilitatem laudant. Si ex vrbe illos deduxeris frequentiamq; quærant, ſolitudinem execrentur. Si confabulari ceperis, faſtidiunt, indignanturque ſi taceas, abſentes deſiderant, præſentes deſpiciunt, amicos & familiares ſæpe oderint. Sed beatus vir qui ſolo DEO occultiſq; naturæ arcanis operam dare, inuigilare & incumbere poteſt, in illo ſolo conſtantia perfectioq;. His profectò myſterijs, qui in primis de DEO, deinde rerum naturalium tradunt proprietates occultas, nihil locupletius, nihil præcioius, nihil denique in vita hominũ deſiderabilius. Ipſa conſtans ſapientia inuitat nos & ad nos clamitat.

Sinamus igitur hoc plebeos ineptire. Nam lectum cani ſternere magnus labor quia ſi accubiturus huc atq; illuc in gyrum vertitur: vt neſcias vbi puluinar colloces. Idem de noſtris hominibus dici poteſt: quod de cane dictum rides. Multi enim ſunt quibus nihil ritè fiat. Ita crebrò voluuntur quàm in partem ſint caſuri, aut quid velint, ſcire nequeant. Hoc autem mirum minime eſt, nam cum rerum naturalium (vt ait Democritus) veritas in occulto latet, & natura veritatem in profundo penitus abſtruſit. Hanc inquirere & rimari non poſſunt, qui ſoli materiæ nudiſque elementis, ſolam prerogatiuam tribuunt.

" Attamen quid velint, quæſo audiamus. Aſtra, aiunt, nil
" omnino in hæc inferiora conferunt. Bona hæc ſanè conſequẽtia ſi ſaltem ei acquieſcere lubet. At quieſcerem ego ſi per argumentationem Ariſtotelis liceret. Quid ille? Neceſſe eſt
" inquit, totum hunc, qui terram ambit, mundum, cum ſuperis
" conuerſionibus ſic continuatum eſſe, vt omnis eius virtus in-
" de gubernetur. Nam vnde omnibus eſt motus principium,
" prima illa debet haberi cauſa, præterea autem hæc ſempiterna
" eſt, neque loco definitum habet finem, ſed in fine ſemper. Mox
" docens ab elementis materiam, à cœlo ſpeciem genito conferri,

ri, hæc aduectit. Itaque rerum qui ipso eueniunt causas, quod „
quidem ad materiæ genus pertinet, ignem & terram & his co- „
gnata corpora existimari conuenit: Hoc enim modo appel- „
lamus id quod subijcitur, & quod aliquid fert: id autem quod „
ita causa sit quod motus sit principium, ad eorum vim referri „
debet quæ semper mouentur. Prudentissimè sane hæc dicta „
iudico, cum Aristoteles ait hunc inferiorem mundum à su- „
superiore gubernari, & superiora causam in inferioribus esse.
Addit enim rationem rectè excogitatam: cum, scilicet, initiũ
motus sit à cœlo, consequi, motum cœli & reliquis causam
motus esse.

Hæcq; experientia probãtur, appetente verè, cum ad nos
solis aliorumque syderum vis reuisit, multas rerum nouatio-
nes animaduerti, emergere pleraq; omnia atq; exhilari, her-
bas, fruges, arbusta flores, gemmasque trudere & foliorum vi-
riditate vestiri, animalia amoris stimulo incitari vt pulchrè
poeta cecinit.

Geor. 1.

Ver adeò frondi nemorum, ver vtile syluis:
Vere tument terræ, & genitalia semina poscunt
Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther
Coniugis in gremium læte descendit, & omnes
Magnus alit, magno commistus corpore fœtus,
Auia tunc resonant auibus virgulta canoris,
Et venerem certis repetunt armenta diebus.

Contra anno solis recessu senescente, plurima occidere ma-
nifestum est, qua de causa non potest negari motum à cœlo in
omnibus corporibus dependere, tum simplicibus tum mix-
tis naturalibus, maximaq; esse, quæ cœlum cum motu, tum
lumine, tanquam suæ facultatis vehiculo, in hæc inferiora de-
mittit.

Sed ne nobis argumentatio deficere videatur eius quan-
dam seriem inibimus.

Aſtra itaq; omnium cum medicorum tum Philoſophorum conſenſu, corpora ſunt, corpora autem omnia ſunt ſubſtantiæ ſubſtantiæ autem omnes vires ſuas habent, vires in actiones ſibi proprias aut familiares exeunt.

Aſtra à DEO ſunt creata. DEVS nihil fruſtra facit igitur, aſtra, corpora tam inſignia, tam ingentia, tanto numero, tanta conſtantia ducta quis dixerit eum creaſſe fruſtra?

Neque igitur vires eis indidit fruſtra, neque ex ijs viribus, fruſtra exeunt actiones, ſed vt agant. Quid verò agent? Auſculta pauliſper. Sydera ſeminum omnium rerum plena ſunt. Vel enim, plena ijs fuiſſe, vel vacua eſt neceſſe, ſi vacuum dicamus cœlum perfectiſsimum mundum & in illo ſydera, imperfectiſsima eſſe concedemus. Quis enim neſcit vacuum nihili eſſe fratrem? Neque eſſe inter entia numerandum? imperfectionemq; ipſam, maximamq; eſſe omnium. Longe ergo ſatius eſt fateri ſydera, ſiue cœlum plenum ſeminibus eſſe.

At plenum, inquies, ne totum? vel partibus aut parte plenum alijs vacuum? Si aliquibus vacum, eadem redit imperfectionis, parte vacui ratio. Et ad reſpondendum ratio hæc excogitanda eſt, cur parte aliqua ſemina ſpargi non potueruint? Vel ſatoris impotentia, vel negligentia vel inſcitia, vel inuidia. Atque hoc modo; profligatæ iam toties, illæ abſurditates iterum redibunt. Vel in cœlum impedimentum aliquod interfuerit, cuius obiectu, & viribus, ſemina ſpargi per totum non potuerint. At aliud in cœlo tale à primo creationis puncto, nihil adhuc fuit, lumen enim, & calor, & motus cedit omnibus: Nulla ergo obfuit cauſa, cur ſemina totum non implerent cœlum.

Sed ea ſemina, fruſtra ne ei conditor indidit? At hic, nihil fruſtra facit. Non ſunt ergo ea ſemina in cœlo fruſtranea ſi non fruſtranea, neque ocioſa. Si non ocioſa in motu erunt. Si in motu, etiam in vita. Si in vita etiam in viribus. Si in viribus etiam in actionibus. Si in actionibus, fœcunda erunt

quoq;

quoque. Si fœcunda etiam parturient. Si parturient, etiam producunt, ac germinant.

At quid producunt? Cœlestes nimirũ partus, cælestia animalia, plantas, lapides, metalla reliquorumq́ entium genera, cœlo conuenientia, cœlo propria. Non enim aquea, aut terrea, non hæc illius sunt loci, sed loci huius.

Elementa igitur per se etiam producunt? Audi. Omne lumen, omnem calorem à sole esse sentimus, omnem nouarum rerum generationem, & veterum renouationem esse cernimus (vt supra ex Aristotele ostensum est) certis quæque temporibus, prout sunt Sol & Luna, temporum tum effectores, tum moderatores, tum etiam distributores. Per quæ tempora omnes fiunt è suis seminibus rerum genituræ, & renouationes, suis inquam seminibus tum manifestis tum occultis. Manifestis quidam animalium, plantarumq́, occultis verò lapidum, metallicorum, aliarumq́ rerum, quas cernimus quidem fieri, vnde autem fiant non cernimus, & pro miraculis habemus. Sed horum quæ sensibus sunt subiecta, sensibus etiam percipimus. Quæ verò sensus non cognoscit ratio dictat ex demonstratis, ab occultis prouenire seminibus. Aut enim à se ipsis fiunt aut ab alio, non à se ipsis, nihil enim est causa sui. Et idem in quantum idem semper natum est esse idem. Quia si contra: fuisset antequam esset. Ab alio ergo fiunt.

Quod si sensibus non apparet, semen occultum, atq́ specificum appellamus, siue formam specificam: Nam & ea semina quæ cernimus, quæque tangimus, per se nihil sunt efficacia, nisi occultum quoddam in eis latens ea faciat fœcunda.

Id autem occultum in omnibus manifestis est seminibus, in humore spiritum illius habitans, qui à cœlestibus luminibus, formam cœlestem deferentibus, dum fouetur, vitalis est. Nam nemo sublunarium formam generat ac facit, sed id efficitur atque fit quod ex ijs constat, & vt vno verbo dicam Quidquid fit ex subiecto in quo potentia inest, effici assero ab

eo quod actu iam est & verè subsistit, non quod efficiens illi actum, formam, aut si mauis, semen occultum impertiat, sed quod cum semine manifesto potentiam conferat, quæ suopte impetu ad perfectionem adolescens, idonea fit subiecti præparatio, quæ semen occultum extrinsecus deinde excipiat, vel alliciat in materiam in eaq; conseruet.

Sed DEVS in nostro theatro Astrologico sine Physica iudiciaria postea. Modo concludamus, sydera non esse ociosa, nec frustra facta. Sed agere extra se, tum in astra alliatũ, in Solem, tum in Lunam (& contra) eadem dona, quæ sibi à superis, venerunt, in infra transfundendo.

Hæc rursus experientia illustremus. Ea enim constat ardentium stellarum congressus vtere hæc corpora siccitates afferre, rursus verò congressus humentium syderum augere humores. Deinde variè mixta lumina, variæque temperatæ qualitates, vt in pharmacis res disimillimæ aliter temperatæ alios habere effectus. Alia enim Solis, alia Lunæ, alia aliorum planetarum accessu, radio aut luminè vigent.

Æstiuo solstitio ardore Solis äer incenditur, terrea flagrant, maria feruent, tùmque motus illius conuersione oleæ, tiliæ, populi, vlmi, & salicis folia circum aguntur, ipsoq; die alia quàm pridie facie cœlum spectant. Brumali autem solstitio aridum pulegium propendens è tectis florescit vt admodum cæca. Cichorij, Heliotropij, & Scorpiuri flores ab ortu ad occasum Solem insequuntur, abeuntem intuentur, cum eoque vertuntur omnibus horis, etiam nubilo die: exortu se pandunt, occasu se contrahunt.

Lunæ porrò vires mare perspicuè imitatur, cuius æstus ascendente illa inualescit, descendente mitescit Ostrearum, conchyliorum & concharum omnium corpora cum Luna crescunt pariter, pariterq; decrescunt. Materia è syluius cæsa cùm Luna crescens iam multo est lumine, quod humidi fiat accesio, breui tempore macer & carie conficitur. Cæsa

verò

vero quum Luna decrescens exiguo est lumine, diutius perennat.

Formica inter Lunio semper quiescit, pleniLunio etiam noctibus operatur. Soricis fibræ numero dierum Lunæ respondere traduntur. Selenites lapis imaginem Lunæ continens, eam reddit in dies singulos crescentis, mimentisq; numero. Vt hæc à Sole Lunaq; vires, sic & non pauca obscuriores quasdam sensibus inconprehensas à cœteris planetis syderibusq; mutuantur. Magnes si liber sinitur, altero extremo in arcticum cœli verticem, altero in antarcticum se contorquet.

Hæc herbarum, metallorum, lapidumq; proprietatum inuestigatio vtilissima veris est medicis. Dico veris, nam eos qui huius cognitionis sunt ignari, consulo, ne medicinam à limine salutent. Nec curo quod contrarium illi oblatrent, cum & noster Galenus horum cyclopum contumelias euitare non possit. Hi vbique eum crepant, sed eorum quæ in Galeno non tantum verum etiam in Hippocrate sunt, se perpauca intelligere dictis & factis declarant.

Galenus narrat Æschrionem Empiricum, ad rabidorum canum morsus, cinerem cancri vsti, Sole Leonis signum peragrante Luna decima octaua afferre. Huncq; laudat & sexcenta eius generis rectè philosophantium sententia confirmat, docetq; pariter qui planetæ & quæ sydera vnicuique corporis particulæ, & quæ vnicuiq; tum animantium tum stirpium generi præsint, multa longioraq; vtiliora narrans.

Hanc cœlestem obseruationem vtiliter accommodat aptaq; terrenis, & remedia plenis integrisq; viribus opportunè sufficiens, opera profert admiratione digna ad quæ non alius quisquam accedet, ijsdem etiam subsidijs instructus.

Lib. 1. Theo. 1.

Item herbas ſecundum cœli conſtitutionem mutationem ſubire teſtatur Iohannes Meſuæ: Ad hæc(inquit)terræ,& per
" hanc plantis virtutem magnam impertit, & variam non Sol
" tantûm,ſedet aliorum quoque corporum cœleſtium aſpectus
" hunc locum & illum aliter atq; aliter afficiens. Jn quo cauſa-
" rum genere, quædam plantæ locum, & cœlum habentes ſuæ temperaturæ contrarium,ſunt meliores &c.

Sic omnibus herbis Zodiaci gradus præſunt vtGentianæ, Angelicæ,Centaureæ,herbæ venti & ſimilibus ſecundus gradus Leonis dominatur. Pulegio verò, viti Silueſtri,corulæ fœtidæ & cæteris tertius gradus. Sed de his alio loco plura dicemus.

Hac igitur via diuina remedia in morbis diuinis neceſſarijs
" rectè comparantur. Ait enim Hippocrates princeps in mor-
" bis diuinum quoddam eſſe,quod diuinam opem deſideret.

Medicorum neotericorum inſcitia.

Hoc autem excellentiſsimum oraculum, haſq; prædictas rerum proprietates occultas, quas magna vigilantia perueſtigarunt veteres, nunc mechanici quidam medici contractis ſupercilijs, ac concriſpatis naribus, nugas phantaſticant,& cum nihil arcanarum diſciplinarum ſciant, nihil bonarum artium capiant,omnia accuſare & damnare prætendunt, quæ ipſi non intelligunt, & cum ſe medicinæ & philoſophiæ magiſtros vocari volunt,penè omnia ignorant, & nullam illius artis,quam tanto magnificorum titulo faſtu profitētur,ſciunt omnino,neque inſtitutiones quidem. Miſerrimum hoc eſt pſeudomedicorum genus, qui ad perniciem & inter necionem hominum nati,tragedias ſæpe peſsimas excitant,& quos ægrotos curandos ſuſcipiunt,deteriores remittunt, quam accipiant. Imò audacia penè militari ſæpè iugulant. Similes hi ſunt meretricibus, quæ externo ornatu adoleſcentulis cupidinem quidem ſui inſtillant, ſed eos irretitos miſerè perdunt. His aſininis vmbris & perſonatis titulis ſtultum vulgus hactenus credidit, & ſe ipſum in illorum proſtibula magno

pretio

pretio locauit. Mirum sane est quod medicinæ nulla homicidij pœna in Repub: est constituta præter quam ignominiæ: quæ tamen non afficit eos qui sibi postquam placere cœperint, facilè & alijs placent: dum eleganter, & ex composito personas induunt, cuiusmodi ferè introduci in tragædias consueuerunt. His fumis & nebulis execatis oculis vulgus hactenus vincerunt, istæ vanæ Egyptiacæ, sicci punices, fontes sine aqua. Horum opera & in re medica experientia, factum est, vt nos, per vniuersum, mendacij & fallendi titulo habeamur insignes, & olim edocti ab illis indoctis magistris, pro quo quid, pro quid à quo interpretati sumus. Et vt omnes herbas cupiunt tribulos & carduos esse, sic porci illi voluerũt nos miserrimos porcos & subterraneos manere, vt quorum operum est materiam saginare, qua, vt plumbeati grauiores euadant & simple vulgus fallant.

Hippocrates.

Damnent iam cœlorum motum atq; influentiam. Ad latrent sortilegiorum probris Astrologiam. Quod ad me attinet malum ego certè optimorum Astrologorum æmulari negligentiam quam istorum vespertilionum obscuram diligentiam.

Si quis autem hisce non contentis nodum in scirpo quæritet, is se longissimè à veritate rei, ab omni modestia, à nostra intentione abesse intelligat: non nos culpet sed animum suum, ingeniumq; turbulentum. Quod reliquum calumniatorum spectat, id curabo maximè vt reliquas stellarum vires in microcosmum etiam agentes exponam, licet non omnia ad punctun explicare ferat hæc ætas.

CAPVT V.

Contra eos qui influentiam syderum in microcosmum nullam esse conserto pede tueri conantur.

CVm sydæra ars atq; cognitio sublimior omnium aliarum artium habita sit semper, quàm vt vulgi humilitas ad eam poterat ascendere vnquam. Attamen Theologistæ quidam (qui quasi mures semper alienũ cibum edere conantur) liuore quodam moti, Astrologiam sentientes, minimeque gustantes, in declamationibus, prædicationibusq; damnare soliti sunt. Verùm cum omnium bonarum artium sint ignari, eam quam non nouerunt artem vituperare conantur, hiq; nihil, nisi quod ipsi faciunt, aut dicunt, aut amant, rectum putant. Sed crede mihi his hominibus imperitis nihil iniustus est, qui ex opere aliorum nihil expectant aliud, quàm vt ipsi cum sint nigerrimi materiem deprehendant aptam inuidiæ suæ, atque pro benefactorum gratia authoris famam horrenda infamiæ labe conspergant. Sed agant pro suo temperamento omnes, scimus namque neminem cœcum de coloribus recte iudicaturum. Qua de causa cum talpa hac in arte cæciores sint vituperant, aut vt reor ex illa connexus difficultate de rebus præstantissimis desperandi primum occasio nata est, ex hac ignorantia, ex ea denique odium, ex odio calumnia. Dirum sane exitium mortalibus. Nihil etenim vnquam crescere nec magnas patit exurgere laudes inuidia. Hi verò magis inuident eos, quos virtutem rectiore tramite eflagitare intuentur, & quos feliciorem vitam ducere cernunt.

Quid quæso generosum Ioseph in seruitutem redegit? nempe inuidia fratrum. Non satis admirari licet quam rationis expers hæc ægritudo sit. Cum enim exitum somniorum timerent, seruum fratrem fecerunt. Atqui si vera erant somnia quoniam pacto illorum exitus propulsare poterant. Sin falsæ visiones: quare decepto inuidebant: iam verò illorum sapientia in se ipsos recidit. Quibus enim artibus vitare futura posse rati fuerant, his apertum futuris iter præbuere, nisi enim venisset numquam in vincula coniectus fuisset nec ministris

Gene. 2.

Pha-

Pharaonis familiaritatem iniſſet, nunquam ſomnia rimatus eſſet, quibus totius Egypti principatum, & à fratribus (qui ad eum ob frumenti penuriam venerant(adoratus eſt. Sic virtus vulnere ad aucta fuit, vt igne depuratur aurum.

Pariformiter noſtri Theologelli ſyderum vim damnantes fecerunt. Nam ebur atramento candeſcunt, rixanturq́ de lana caprina. Autoritatem dictumq́ Ieremiæ nobis obijciunt A ſignis, ſcilicet, nolite timere quæ timent gentes. Sed qualis hæc eſt argumẽtatio? Non negat Propheta ſigna eſſe, ſed cum ſigna nominet, ſentit ea res magnas ac triſtes minari. Eſt q́ ſententia huius Prophetæ inſignis doctrina ac conſolatio pijs mentibus, quæ monet etſi magnæ calamitates à ſignis cæleſtibus nobis denuncientur: tamen confirmari vera agnitione ac inuocatione DEI, expectemus auxilium & liberationem, hæc ſententia non pugnat cum Aſtrologia: ſed monet vt ſyderum inditijs de imminentibus malis ac periculis communefacti, non ſuccumbamus animis eorum magnitudini: verùm ad opificem ipſum plena fiducia accedamus, poſcentes opem ac mitigationem. Aduerſariorum opinio dum eleuat ſignorum fidem, confirmat in animis ſecuritatem ac contemptũ ſignificationum, & ipſius DEI proponentis eas, quam impietatem poſtea grauiores pœnæ perſequuntur, ac pleriq́ luunt atrociter, qui ſecuri contennunt. Quam inſulſa igitur ſit conſequentia, ſigna cœli non ſunt metuenda, ergo nihil ſignificant ex ſuperioribus conſtat.

Aduerſariorum ſimplicitas.

Sic circa res naturales ſeipſos anguſtis carceribus ſtringunt, nihilq́ diuinum ampliuis animaduertunt, ſed ne inuentũ quidem ab alijs ferunt. Quin noctuarũ inſtar ſuis ſe tenebris muniant, nihil aliud prætexentes, quàm quod DEVS ſit omniũ potens, nulliſq́ indigeat inſtrumentis, operum diuinorum ratio nobis ſit inacceſſa, nec poſsit animus vnquam ad tantum ſplendorem æternæ lucis attingere. Vera quidem hæc ſcimus & profitemur, ſi de exacta & definita tum rerum

cognitione

cognatione tum prædictione loquendum eſt. Nam Ariſtoteles ait: DEO omnia nota eſſe, & nihil ſublimior eſſe DEO, vnde poſsit voluntas noſtra moueri, ſed mouetur tamen variè: nam licet nihil fiat præter DEI conſilium, ita tamen patimur vt diuinitùs ea fieri dicamus quæ relictæ ſibi hominum mentes non efficerent, ſed peculiari numinis impulſu commotæ faciunt, præter illam generalem ſummæ poteſtatis omnibus aſsiſtentiam, ſine qua nihil eſſe, nihil fieri, licet minimum poteſt.

Deus omnium motorum primus motor.

Sic quamuis proprium hominis ſit agere electione, regitur tamen interdum natura, cum motibus affectionum corporalium mancipatus iudicium rationis non expectat. Exempli gratia. Indicit Rex bellum abſolutè, in cauſa eſt natura Regis bellicoſa, cupida, irrequieta ex cœli conſtellatione cauſata: forſitan non tā paſsione ducitur quàm ratione vel iure vēdicandi quod ſuum eſt vel iniuriæ reponendæ, vel alijs de cauſis. Poteſt præter hæc omnia ſpeciale DEI conſilium interuenire, ſemper iuſtum, ſēper rationale, licet non eius ſemper vel iuſtitia vel ratio omnibus pateat. DEI inquam conſilium, & animantis ad bellum capeſcendum, & cum ita liber armantis ad victoriam, quo pacto loquitur ad Ieremiam Prophetam & alijs in locis: Ego mittam & abſumam vniuerſas cognationes Aquilonis & Nabuchodonoſor ſeruum meum, vt adducam illos ſuper terram iſtam, & ſuper habitatores eius, & ſuper omnes nationes quæ in circuitu illius ſunt.

Homo natura regitur. Exemplo demonſtratur.

Quum igitur quid ab homine ſit quod eius vires excedere videatur inſolitis ſolet euentis admirabilibuſq; mortalitas noſtra concuti, victaque rerum magnitudine ſuſpicari vim cauſæ potentioris, id agentis in homine atq; per hominem quæ humanæ vires facultatis excedat. Et hac quidem ſuſpitione, qui carneos tātum oculos habent rapiuntur ad cœlum, ſed malè. Nam ſi quid à nobis fit quod vires mortales excedere videatur noſtras, non ad cœlum ſed potius vel ad angelos

los

los vel primariè ad DEVM referendum est. Absurdum enim esset dicere illa à DEO quidem disponi & ordinari, sed per cœlum sideraque compleri, quorum virtus & efficacia tanta sit. DEVS igitur supra naturam nisi per se & immediatè per angelos, naturaliter autem naturalibus etiam medijs agit aliquando, vel remisse vel intensè, vt illi visum est.

Hisce peractis, disputatio hæc longior, quàm vt hic tractari tota poßit. Quod verò ad Picum attinet Mirandulam nihil habeo iam quod refutem, cum ille seipsum proprijs argumentis conficiat, vt suo tempore ostendemus: sed eius simiæ, vel plenas paginas suffurentur vel ne plagium subolescat, eundem coquunt & recoquunt, condimento scilicet paulisper immutato, dum noui ferculi speciem repræsentet.

Quod ad alios verò, extant libri eruditißimè scripti qui reliquorum argumentis nugatorijs, calumnisque respondent. Ex eorum etiam scriptis luce clarius constat, eos rectè sensisse sydera maximè in microcosmum agere, Astrologiamque veram esse scientiam, sanctam, & omni carere superstitione astruere conati sunt. Quod si nostræ fidei principes id sentiant, quis tam cæcutiens, quis tam ferox Cyclops: vt cæteros id ipsum non opinari dubitet?

CAPVT. VI.

Vniuersi atque microcosmi easdem esse naturæ Leges.

SYdera in microcosmum etiam agere breuiter ostensum est, restat vt symphatiam atque consensum vtriusque mundi perstringamus. Magnus igitur ille Archetypus, cœlos mundumque procreans, singulos singulis suæ diuinitatis seminibus conspersit, (vt dictum est) quæ proprias vires insererent, easque naturales, ad naturalem

omnium mortalium administrationem & conseruationes comparatas. Sic, quod quæcunque olim DEVS tum in cœlis, tum in terris, progenuit, omnia tuetur atque regit vnus, cœlestia quidem per se & proximè, animantia verò & stirpes aliaque caduca cœlorum ope & interuentu, quibus naturæ leges tum procreatrices, tum conseruatrices indixit & imposuit: Nam tam sapienter hæc omnia gubernare & fouere non posit vniuersa natura, nisi diuina quadam mente architectatrice & conseruatrice vteretur quæ consilio & recta ratione cuncta prudenter administret & prouidenter tutetur.

Id enim vnum, cum Aristotele ausim asserere, quodquecunque proprijs operibus olim DEVS inchoauit, quasi nunc feriatus legi naturæ, tanquam administro continuanda credidit. Hæc autem naturæ Lex vis est in natura qua post creationem administrantur omnia atque existunt & conseruantur singula. Aut si mauis imperium quoddam cui cuncta pareant, & sine quo nec rerum natura nec mundus ipse consistat.

Lib. de mundo.

Itaque DEVS certè nunc admodum pauca proximè nec cœlo nec natura, nec semine interueniente ingenerat, sed conditis naturæ legibus omnia per cœlum administrat, vt pulcherrime exemplo declarat Aristoteles: Quapropter (inquit) si è dignitate regis haud quaquam esset Xerxem functione propria administrare omnia, & absoluere quæcunque facta cuperet, ipsisque operibus faciendis præsentem interesse, longè id minus nimirum DEO conueuit. Quare angustius id decentiusque existimandum est, DEVM summo in loco ita collocatum, numinis vt tamen vis, per vniuersum mundum pertinens, tum solem lunamque moueat, tum cœlum omne circum agat, simulque causam præbeat eorum quæ in terra sunt salutis atque incolumitatis. Et paulo post hæc annectit: hoc igitur modo natura diuina ab vno eodemque simplici motu

pri-

primi corporis vim suam immittit in ea quæ sunt, primo continentia ab illisq́ subinde in ea quæ longius atque longius ab sunt, quoad permeauerit vniuersa. Quippe alterum ab ab altero motum, rursus ipsum quoque aliud mouet cum mundo, quum vnumquodque interim agat conuenienter constitutioni suæ, nec tamen omnibus eadem fit via, sed diuersa, nonnullis etiam contraria. Quod verò (mox inquit) in hisce rebus agitur, magnopere est ijs, quæ belli tempore inter homines factitantur. Namq́ statim vt classicum exaudiri in exercitu cœptum est, alios ipse videas scuta sibi aptantes, loricam alios induentes, alios ocreas vel galeam sumere, vel balteo se cingere festinantes. Rursum alios qui frenatos equos admittant, allios qui currus conscendant, qui denique tesseram per explicatam aciem prodant. Tum manipuli ductor ad manipulum, centurio excurrit ad centuriam, postremò equites ad cornu, velites ad stationem quisque suam festinant cum interim sub vno ductore omnia moueantur, qui imperia & ipse significanda accepit ab eo apud quem summa est imperij. Eodem nos & ipsos modo censere conuenit de vniuerso. Nam quidquid aut animantium aut stirpium aut metallorum genere continetur, inferiore hac mundi regione comprehensum, id peculiari quoque natura (quæ sua est rei cuiusque) constat, quæ quod genuit tuetur & regit, hæc rursus peculiaris cuiusque rei natùra, propria Lege eaque stabili & rata ducitur, qua actiones omnes perficit, illaq́ tota est obediens & subiecta vniuersæ naturæ, eiusq́ propria Lex summæ Legi: vt omnia quasi consensione sympatia iussis supremæ legis obtemperent. Itaque quidquid habet naturæ imperium, id perpetua constantia, rectaq́ ratione & conuenienti Lege sustinetur. Et quidquid in microcosmo nostro, præter voluntatis arbitrium atq́ cognitionem inest, id omne administratur naturæ legibus.

Præcedentium ratio.

Hæc si vlterius ad nostram microcosmi contemplationem referremus, scire conuenit, quod quidquid DEVS in veritate creauit superius, eiusdem verum simulacrum apparere inferius in microcosmo, fictum verò in animantibus, stirpibus, metallis, alijsq; creaturis. Nam ipsum microcosmum tam affabrè fecit natura, vt videatur ex eo voluisse tanquam ex absolutissimi operis exemplari, de se fieri existimationem, adeo multis gradibus eum supra cæteras res omnes naturales extulit, eumque vniuersi participem fecit. Vos autem materiati, qui cœlum, elementaq; extra illum semper videtis, hæc in illo abscondita intelligite illaq; facite vt vobis pateāt: tunc enim cunctarum proprietatum occultarū causa vnde sit eruenda, facilè intelligetis. Nam DEVS nihil creauit in microcosmo verum inuisibiliter, quin idem in corpore eius advmbrauerit visibiliter, vt per corpus vmbræ patentis, perueniamus ad veritatem rerum latentium.

Microcosmum supremum gradum abtinere.

Ex iam dictis, mediocriter in Philosophia versati facilè possunt magnam cum dignitatē, tum suauitatem, vtilitatesq; ingentes esse in syderū motus inquisitione persplcere. Etenim mirificū hoc diuinumq; spectaculum, tot pulchra videlicet lumina tam varias actiones, variosque cursus, qui miras vices certissimis legibus conficiunt, non frustra nobis posuit ob oculos DEVS, sed voluit vt nos inde diuinitatis suæ Maiestatem cerneremus, & hæc non extitisse casu, sed ab aliqua æterna mēte esse orta. Qua de re decet ingenia abhorrere auribus atq; animis ab Epicureis illis, qui certissimam hanc motuum scientiam aspernantur.

Sed quid de Genethliaca alia Astrologiæ parte dicemus? Magna sane eius vis est, quæ sumitur à causis cœlestibus, nam & Galenus autor grauissimus affirmat affici animantium corpora à lumine Planetarum, magnamq; vim esse omnium Planetarum in temperamentis & miscendis & turbandis. Et quidem grauiter reprehendit eos qui dissentiunt. Ait enim

Galeni de syderum effectibus sententia

ex.

experientiam manifestam testari hanc vim esse sydérum: Sophisticum verò esse negare manifestam experientiam: multa iudicari posse ex positu astrorum de valetudine corporis, de ingeniis & inclinationibus, de multis in vita casibus, de tempestatibus, de mutationibus Reipub.

Arrogantia igitur cum summa stultitia coniuncta est, venari aucupium aliquod gloriæ ex insectatione artium, quæ sunt graui authoritate doctorum & prudentium receptæ, nec curamus quod aliquis propter abusum quorundam & imposturas obiicere solet. Artes enim quo sint præstantiores, eo & offusa grauiori caligine inuoluuntur: non tamen idcirco tollendus est ordo vel pulchritudinis cœli œconomia. Verùm hisce & similibus breuissimè in præcedentibus, vt iusta exciuit occasio, satis superq́ue me respondisse confido.

Abusum non tollere substantiam.

CAPVT VII.

Quo pacto humanæ Prædictiones sint limitandæ, & de Astrologiæ partitione.

IAm satis ostensum est, sydera magnam mutationem in Microcosmum ciere causam. Sed quam lubrica erroribusq́ue multis obnoxia Genethliacorum plurimorum ratio sit dicendum. Non tamen penitus à doctissimorum hominum ac sapientum consuetudine in exilium relegata est: sed conatus horum plurimos cessisse fœliciter videas. Vbi adiuti methodo, certisque finibus insistentes, inter superstitiosorum regulas (quæ sunt innumeræ, præsertim si Arabum & Chaldeorum Astrologorum lucubrationes libet euoluere) interq́ue veras, naturæ consentaneas rectè discreueris. Quò in primis conferre dicimus diuinæ sapientiæ nominis inuocationem, cui rerum exactæ proportiones solæ sunt exploratæ. Secundaria verò ratione naturæ vim cælitus haustam, accedente ex ea temperamento, regione, institutio-

ne, nutritione, consuetudine, victu & labore. Hisce autem omnibus consideratis prouidenter atque sobrie Astrologicæ prædictiones tantum sunt instituendæ, primum in subsidium medicinæ, deinde figura cœli non nisi pro libris & sa. sapientibus viris erigenda.

Astrologiam igitur spectat.

Quod igitur ad Astrologiam spectat scire conuenit, quod multæ in ea sunt vanitates inuolutæ, nam bono malum consitum, & vti prouerbio peruulgatum est: vbi mel, ibi fel; vbi vber, ibi tuber. Et magna quorundam hominum temeritas, qui rerum non modos tantùm & species, sed & temporis sibi momenta necessario in sola cœlorum vertigine collocant. Multa enim prædicunt eiusmodi, sed impulsu fortuito magis, quam methodo rationali ac tum primo videntur sibi verissimi, cum semel potuerint non mentiri. Quod & simiæ nostri & Empirici Astrologi plerumque faciunt, ignorantes quod tempus temporis materiem præparet, locus loco, vna efficiens causa, vel aspectus Planetarius alteri, vt non solum aut fortius agant, aut imbecilius, prius aut serius: sed & sæpe contrarium quàm prima fronte promittant. Accedit ex his omnibus abusus postilens, qui multos à limine terret dum plærìq; auream illam dependentiam rerum è medio tollunt, vel etiam huic ipsi nimium tribuentes, abusuśq; causa Astrologiam idolatriæ fontem faciunt, idque quum ad summæ impietatis notam illorum excreuit insania, vt mentis arbitrium cœlis, DEVM suis operibus obnoxium faciant imò, & scelerum fontes in bonum summum, capitali errore detorqueant, differentiam duplicis ordinis rerum atque conexionum negligentes. DEVS enim fons boni purus & liquidus est, puri cœlestes radij, ad vsum maximum in ortu, & conseruatione rerum naturalium influentes; sed eos peruertit sæpe materies, vt speciem induant peregrinam, hic Saturni grauitas in morosam melancholiam, in auaritiam atq; in inuidiam plerumq; degenerat. Martis animo-

Astrologia quando idolatriæ fons.

mosa indoles incrudelitatem barbaricam, furta ac latrocinia, & sic de cæteris. Non quod idcirco adstringant animum, aut protinus ineluctabili necessitate peruertant. Absit hoc sanè, absit nihil indignius microcosmi dignitati, quem Paulum inferiorem angelis fecit DEVS: verum in corpore sunt vitiorum semina quædam, in nostra pro pensione inquam, actus autem nefarios in nostra voluntate atque arbitrio positos esse, qui sanæ sit mentis dubitet nemo. Nam communis propensio à peccato Adæ, peculiaris à causarum naturalium amplitudine quæ ferè à cœlestibus promouetur ortum habet. Sic astra non efficiunt suapte natura, vt sit quispiam malus, vel etiam ad malum propensior. Sed quando peccati communissima ratio naturæ susceptricis partibus inoleuit, futurum vt iam agentibus causis etiam bonis, & ad vitiosam materiem applicatis, certo concursu sub vitæ prima cunabula, certam quoque propensionis speciem consequatur.

Psal. 8.

Sic Astrologiæ Arabum vanitas castiganda erat, vt vera ipsius fundamenta clarius elucescant. Est autem Astrologia ex consensu cœli & substratis elementis diuinandi scientia. Diuiditurq; in partem Theoricam & practicam. Sed de Theorica parte quæ practicæ velut fundamentum atq; basis est prius dicendum nam quisquis eam non pleni sit assecutus, nunquam in diuinandi scientia Mercurium sibi propitium expectet. Est itaque vtilissima omnibus hæc Theoria non medicis studiosis tantum, verum etiam Philosophis necessaria, si ad rerum causas vltimas, atque totius naturæ abditissimos aditus peruenire constituerint. Sed strata nunc paululum via, ac DEO in primis auspice me demostraturum cuncta pro virili mea, atq; hac ætate confido.

Astrologia quid.

Astrologiæ diuisio.

CAPVT. VIII.

De Theoriæ Astrologicæ diuisione, deq; Solis & Lunæ naturis atq; virtutibus.

Cum

CVm Theorica Astrologia vna pars consistat in naturæ descriptione, altera in naturæ præceptis, quid sit natura in primis dicemus. Sed cum hæc neque demonstrari debeat neque possit, naturam tamen quandam esse non dubitant qui naturalis Philosophiæ præcepta tradūt, à qua se Physicos appellant, idq; tanquam notissimum & apud omnes peruulgatum Philosophiæ principium statuunt, à qua omnia oriri, consistere atque conseruari contendunt: hoc verò ortus omnisq; actionis occultum intimumq; principium, natura cuiusq; rei dicitur & est. Huic materies quædam subijcitur, quemadmodum simulachro æs aut lignum quàm sane oportet & naturæ nomine dignari. Sic vnum quodque ex duabus naturis conflatum est, quæ nullo pacto seiungi, aut disclusæ locis consistere queunt: sed est vtraque alterius sic appetens, vt ei annexa, alioqui moritura, foueatur.

Natura quid.

Natura duplex.

Natura primaria siue dignißima quæ.

Forma autem quæ toti naturam largitur, cum maximè præstet, naturæ nomine multo sæpius quam materies appellatur & in descriptione agentium causarum, vt pote Solis, Lunæ, stellarumq; tum erronum tum fixarum consistit. Nunc de singulis.

Solem Hippocrates lib. de diæta ignem fortissimum vocat: equidem vim vitalem aut potius genitalem voco, & rerum omnium procreatricem, temperatricem, in qua sunt omnes soluendi, cogendiq; rationes, molliendi, indurandi, trahendi, propellendi tanquam in amplissimo seminario: cuius tamen diuersæ appareant vires certis temporum spatijs, pro receptricium causarum discrimine, & reliquorum syderum incitamentis: dum hæc partim aspectu mutuo, partim locorum proprietate in ideas agendarum rerum diuersissimas excitata sensum suum communicat Soli, qui tanquam Rex decreta confirmans mittit ad Lunam & Mercurium deorum

nuncium inq; ætheream plagam, cuius iudicio velut edicta publica mortalibus promulgentur.

SOL.



Estq; Sol, vt refert Plinius mundi totius cor, & animus & meus, & principale naturæ regimen, & numen. Hic à plerisq;, & veteris & noui mundi gentibus pro sensibili DEO, pro maximo DEO, & habitus est & cultus, & habetur etiam num & colitur à multis. Ab hoc namq; Sole, ab ipsis reputato DEO omnia sibi beneficia putarunt & putant prouenire, ab eo plantas, animalia cuncta hominesq; produci crediderunt. Et quid sit, & qualis, & quantus, & quo loco habitet, & quo motu agitetur, quid agat & quid etiam pati queat Græcorum Philosophorum, maior pars, satis simpliciter, ne dicam fatuè de eo sunt locuti Anaximander enim cauam fornicem igne plenam, Xenophanes nubem accensam, vel igniculos ab humido ascendentes, & in Solem coagmentatos Anaxagoras, Democritus, Metrodorus ignitam petram. Antipho, Hecataeus,

Sol cor mundi.

Sol pro Deo cultus.

Vanæ antiquorum Philosophorum de Sole sententiæ

tæus,& Diogenes pumicem,ab æthereis accensum radijs. Heraclitus accensionem esse ex mari,Philolaus duplicem lucem, Anaximenes & Parmenides, esse quid igneum, Euripides ignem.Plato ex plurimo igne, Aristoteles ex quinta essentia cœlesti, Zeno & ipse ignem, Stoici accensionem è mari illuc sublatam Epicurus terrestre quid in modum pumicis,excauatum rotundum, & ab igne ardens, Solem dicit.Sed vana hæc plerumque omnia. Audiamus igitur Zoroastrum qui sic cecinit.

Ignis ab igne deriuatio & ignis dispensator.

Sol inquit ignis est & ab igne deriuatus,& ignem dispensat, hunc scilicet nostratem. De hac verò contrauersia alio in loco plura agemus.

Sol autem est masculinus & diurnus, operaturque calorem temperatum communiter & siccitatem, est que significator vitæ. Influit in auro & lapidibus prætiosis influit etiam in terra & in mineris auri, hæc enim ei à DEO data est proprietas.

Sol generaliter est significator Regum, principium, & nobilium,tabernaculum altissimi, lumen & candela mundi, distinguens tempora & signorum interualla. Per eum dicuntur fiunturque sex Planetæ Orientales & Occidentales. Per eum apparent & occultantur. Per eum mouentur omnia infra Sphæram actiuorum & passiuorum.Per eum nascuntur omnia nascentia, omnesque maturantur fructus sua præsentia viuificantur signa cœlestia,influuntque terræ calorem, virtutem & fortitudinem. Per certum ad eum aspectum Planetæ fiunt retrogradi, vnica Luna excepta, quæ eam non patitur nisi tarditatem. Omnes Planetæ generaliter ad eum habent aspectum fortificanturque in influentijs suis.

Sol tabernaculum altissimi

Quando exit de signo aliquo remanet illud in similitudinem.

nem defuncti corporis, quod ſpiritum & motum non habet. Eandem reliqui etiam obtinent Planetæ poteſtatem, quia quando Planeta ſignum aliquot ingreditur, tunc ſignum illud quaſi reuiuiſcens poteſtatem & dominium obtinet ſuper alia ſi qua vacua ſunt, quod in prædictionibus diligenter eſt notandum. Nam illud ſignum in quo eſt Planeta, abhorret ſigna vacua, ſicut corpus viuum mortuum. Solis decurſu aquarum fit motus ſimul & ventorum, naſcitur imber & veniunt pluuiæ.

Quid plura? Sol eſt Planeta maximi dominij, potentiæ, nobilitatis, altitudinis & magnitudinis, fortunat aſpectu ſuo, corporali vero coniunctione infortunat, quia quando Planeta aliquis cum eo coniungitur, vicit & comburit eum, extinguitque lucem & ſplendorem eius. Et quemuis Planetam qui ei coniungitur & ſub radijs eius intrat facit paruum & vilem.

Ipſe ſignificator eſt patrum, eiuſque locus in firmamento eſt quartus, & aſsimilatur patribus in formis & factis ſuis. Quando enim Luna ei coniungitur, hora coniunctionis quodammodo ſimilitudinem coitus viri & mulieris repræſentat, dum ſeparata ab eo initium renouatæ lucis luminiſue emittit, idque eundo (vt mater liberos) ad auget, & in perfectam rotunditatem redigit ad ſimilitudinem patris ſui.

Repræſentat etiam quid de corpore humano, quia eius exaltatio eſt in Ariete, qui eſt, relatione, in hominis partitione caput.

Obtinet etiam ſimilitudinem quandam cum membris intrinſecis & ſtomacho, cui aſsimulatur in decoctione aquarum in ventre terræ, dum craſsitudinem eius facit ſubtilem, clarificatque turbidum, & maturat ipſum ſuo calore, fortitudine, natura, & proprietate: & tranſmittit

cum subtile ad summitatum arborum & ramorum & recipiunt cunctæ stirpes atq; herbæ partem suam. Quod verò in Sole agitur, magnopere simile est ijs, quæ ventriculus molitur. Hic enim vt commune receptaculum alimentum concoquit attractum per œsophagum, paratq; Iecori: quidquid enim purius est illi suggerunt venæ quæ dicuntur mesaraicæ, vt hoc rursum altera coctione in sanguinem iecur conuertat, illud transmittit per venas, & quælibet vena suam accipit portionem secundum proportionem, & quod ad se pertinet.

Sol præterea melior atque nobilior est cæteris Planetis, & in nobilitate clarior: quia natura sua vt vniuersalis operatur in particularibus cuiusque naturis, & nulla aliarum naturarum eodem modo operatur in eo.

Eius domus & nobilior, & in nobilitate celebrior omnibus alijs, domibus, & exaltatio eius aliorum exaltationes excedit terminos, facies similiter ac triplicates.

Locus eius est sicut Regis sapientis, qui per sensum manu tenet regnum, & consideratione ponit sedem suam in medio regni sui, vt per omnia latera attingat. Dedit Marti autoritatem, vt eius dux esset: quia cœlum solis est sub cœlum Martis, & conuenit natura & calor huius cum natura & caloris illius. Dedit Ioui sua iudicia propter temperiem, honestatem, saluationem, & suæ complexionis salutem: & quia in eo non est qualitas mala nec peccandi natura. Dedit regnum Saturno, qui Palanetæ omnes sua lumina mittunt ad eum, & suas considerationes. Dedit Veneri collectionem reddituum & vendendi redditus, & emendi potestatem, quia eius cœlum appropinquat suo, tanquam vicini. Dedit Mercurio scriptionum potestatem quia status eius sicut est status scriptoris regis, ex cuius arbitrio vadit & sedit. Dedit Lunæ nuncij officium quia similis est nuncio Regis: faciens sua

man-

mandata & deferens ea quocunque præcipit. Hæc de Sole dicta sufficient.

LVNA.



Luna fortunata est in sua influentia, & harmoniacis suis motionibus varias nobis facies singulis mensibus ostendit nouam dimidiatam, plenam dimidiatam rursus, & rursus arcuatam, seu cornutam, & ex qua non visitur, & rursus sese ostentat, apud nos eadem die nunquam, in qua cum Sole corire dicimus. Cumque ipsa sola facies eas ostentet, Sol alter potuit appellari. Sed eas ita ostendit, vt ratis quibusdam legibus tum nos tum Solem, tum sydera aspectet veluti amans. Duas Luna patitur passiones, alteram qua ornatur, alteram qua deformitur. Prior illa est ab illuminatione, tum syderum, tum Solis. A quo dimidia sui parte, semper ad Solem versa illustratur & splendores illos varios, quos paulo ante diximus, per varias eius ad Solem distantias, ostentat. Posterior qua splendores hos amittit, & obscuratur tota, & horribiliter de for-

Luna.

Luna alter Sol.

mis redditur per Eclipsin. Aliquando non tota id patitur, sed parte interdum maiore, interdum minore quàm dimidia. Id autem ei euenit, quando terræ vmbram vel tota, vel ijs partibus incurrit. Sed etiam tertia ei accidit passio, in Solis coniunctione. Quando ad eum omnino tota facit versa, nobis vniuersa oculitur. Hæc in cæli regione. Sed in aëris regione, quæ vaporum varietate, alias pallidior, alias rubentior apparet. Circumdatur aliquando lumine quodam claro, interdum fuluo, iterdum etiam ad rubedinē vergenten. Quibus coloribus creditur semper aliquid prænunciare.

Luna Astrologicè sumpta, est nocturna, ex qualitatibus humida atque frigida & maximum obtinet aquarum dominium, estque domina ascendentis mundi, corporum omnium maxima mutatrix: idque cum proprer vicinitatem, tùm quia sic postulat ordo & vera methodus. Hæcq; præ ceteris assimulatur quatuor ætatibus hominis, pueritiæ, scilicet, iuuentutis, virilitati, & senectuti, quod & ipsa quodammodo mori & nasci videatur, vt supra ostensum est. Qua de causa Luna est respectu Solis sicut magnus Dux, cui Rex donat potentiam & dignitatem, & applicat eum sibi. Nam Sol Lunam lumine & fortitudine gubernat, ibiq; tunc ei resistit, & minuit lumen eius, & aufert ei quod mutuauerat in posse suo, & ducit eam in modum Regis alicuius, qui tandiu exaltat ducem aut profectum aliquem, & præficit eum populo suo, donec magnus factus omnino gloriatur & se regi similem esse dicit, sic & Sol cum Luna agit, auferendo quod mutauerat u, & deprimendo eam vsque ad defectionem. Luna stellarum pulchritudinis ac fœditatis causa est, quia ipsa ingreditur descenditq; ab vna stella ad aliam. Mars eam impedit quando est cōpleta & sui luminis plena, & Saturnus quando est minuta & destruta. Ipsa est regina & gubernatrix noctis, & potens in motu & in augmento decrementoque suo, omnis fructus aqueus prouenit ex motu eius, & ex augmento decrementoque eius: fit

sit augmentum decrementumq; in medullis & cerebris omnis rei viuentis, in homine ac bestijs. Quoniam ipsa est particeps Solis ascendentis, & eius dominij in natiuitate & progressione: ipsaq; tantum valet quantum ascendens ipse: quando non fuerit cognitus neque determinatus gradus ascendentis. Ipsa disponit opus solis in principio cuiuslibet secreti, & rem omnino coopertam absconsamue detegit.

Quando Luna fuerit infortunata in reuolutione annorum mundi, licet non obtineat potestatem in illo anno, infortunium tamen & inpedimentum infert populo in eadem reuolutione, est vna trium Planetarum pluuiam mouentium, & applicatione & demonstratione eius abundantia caritasue annonæ inotescit. Sed hæc de Luna dicta sufficient ad vlteriora pergo.

CAPVT. IX.

De Stellis Fixis & à quo cœlorum motus dependeat.

QVod ad stellas fixas attinet, scire conuenit quod in cœlo stellato multæ sunt stellæ. Earum vero quæ in ore sunt Arietis, vires similes viribus Mercurij esse ab experientia compertum est, modicumq; Saturni viribus assimulari, quæ verò in posteriore eius pedis sunt, à natura operibusq; Martis non differunt, & quæ in cauda collocantur vires operationesq; veneris sibi vendicant.

Arietis Stellæ:

Stellæ quæ in humero Tauri existunt à Veneris complexione non recedunt, Saturni naturæ modicum assimulantes, thoraceq;. Pleiades verò cõplexio Martis Lunæq; naturã sequi probantur. Ac stellæ in vertice Tauri rubeæ à Martis cõplexione non

Tauri Stellæ.

non elongantur, aliæ autem quæ ibi existunt complexioni Saturni coæquantur Mercurijsq; naturæ similitudinem gerunt paulisper. In eius verò cornuum cacuminibus positæ quæ sunt idem quod Mars operantur.

Tauri itaq; signum vtiliter vtramq; complexionem significat, cum temperamento, tum calidam tum frigidam & quæ circa pleades sunt terræ motus, ventos & nebulas mouent, eius medietas humectat & infrigidat. Quod autem circa aldebaram in eius extremo ponitur est igneũ, corruscationes & fulgura gignit. Quæ verò Septentrionales sunt temperatæ existunt: & quæ sunt Meridionales instabilitatem, motusq; inordinatos faciunt.

Geminorum stellæ:

Geminorum stellæ in pedibus collocatæ à Mercurij qualitate non recedunt quamuis veneris naturæ parum associentur. Lucidiores autem stellæ in coxis eorum positæ, Saturninæ sunt. Quæ verò in eorum capillis impressæ sunt, prima Mercurio viribus assimulatur vocaturq; aulac, altera Martis naturam imitatur diciturq; abracale.

Signum geminorum temperiem inducit principia eius valde humectant & destrunt, media verò pars temperata est, extrema commixtæ complexionis, & instabilis esse dicitur. Partes quæ Septentrionales dicuntur ventos & terremotus adducunt, meridianæ igneæ sunt & comburunt.

Cancri stellæ.

Duæ stellæ Cancri, quæ in pedibus locum obtinent, Mercuriales & modicum Martiales sunt. Quæ in oblonga Cancri sunt constitutione Saturno & Mercurio non repugnant. Illa autem quæ in eius pectore locantur, & meclef vocantur & duo asini dictæ à Martis & Solis viribus non recedunt, quæ experientia abscindere & destruere probantur.

Signum Cancri generaliter serenitatem molitur & calorem. Sed eius primordia calidum & turbidum aerem reddunt, nec non terræ motus & obscuritatem afferre probantur, quæ autem sunt in eius medio temperatæ sunt, & quæ in eius extremo

tremo

tremo ventes adducunt, Septentrionalia vero & Meridionalia ignea sunt & comburunt.

Stellæ duæ in capite Leonis sitæ Saturno sed Marti etiam parum nuncupantur. Tres vero qui in eius collo sunt Saturni naturam licet modicum Mercurij præ se ferant. Lucida Stella regulus dicta & in corde Leonis locata Iouis & Martis naturam operatur. At quæ in eius dorso simul & cauda locantur Saturni venerisq́ue vires expromunt, parũq́ue Mercurio assimulantur. Quæ denique in Leonis coxis positæ reperiuntur, à veneris & Mercurij viribus non discedunt.

Leonis Stellæ.

Signum Leonis plerumq́ue äerem turbidum & calorem designat. Partes eius præcedentes, aërem calidum & turbidũ, ac mortalitates annũciant, eius medietas temperatæ complexionis existit, postrema verò humectant & destruunt, & quæ sunt in Septentrione ignea sunt & comburentia, quæ denique Meridianam partem cœli sibi vendicant, comburunt.

Stellæ Virginis quæ in vertice oculoq́ue Virginis collocantur, nec non in extrema eius ala Meridiana positæ sunt, Mercurialibus effectibus primò, deinde Martis parum assimulantur, aliæ autem quæ in eius ala Septentrionali, similiter quæ in eius dorso formantur, ab operibus Mercurij non discrepant quamuis Martis gerant similitudinem.

Virginis Stellæ.

Signum Virginis generaliter variat & mutat, partes præcedentes temperatæ sunt complexionis, hanc mediæ sequuntur, quæ autem in eius medio locatur aquatica est, & quæ in Septentrione constituitur ventos adducit, quæ vero in meridiana parte ponitur humectat, & tonitrua demonstrat.

Stellæ Lucidæ in alto Septentrionaliq́ue partæ collocatæ præsertim quæ Lucida dicitur Saturni Mercurijq́ue vires sequitur. Stella verò quæ dicitur acimeh à Veneris viribus non recedit, & Mercurio aliquanti sperassimulatur, quæ autem in eius pedis summitatæ positæ sunt, ex ea parte à qua pro trahunt fimbrias Mercurij & Martis viribus coæquantur &

Stellæ Libræ.

quæ in eius extremo apparent suis operibus Saturnũ & Mercuriũ imitantur, & quæ earum medietatem obtinent Saturni viribus asſimulantur, modicumq́ Martis ſequuntur naturã.

Signum Libræ generaliter humectat, & tonitrua demonſtrat, cuius partes primæ maiorem calorem faciunt & deſtruunt, mediæ temperatæ ſunt, vltimæ aquaticæ, huius partes Septentrionales ventos adducunt, meridianæ temperatam complexionem reſeruant.

Stellæ. Scorpionis.

Stellæ Scorpionis in fronte poſitæ, à Martis viribus non recedunt, media lucidiſsima trium quæ in ore eius ſibi locum vendicant, parumq́ rubedinis obtinet, cor Scorpionis vocatur & à Marti viribus non ſeparatur, licet parum Iouis naturam aſſumat. Quæ verò in ipſius caudæ nodis ſunt, Veneris & Saturni viribus aſsimulantur. Quæ in eius aculeo conſtitutæ ſunt, Martis & Mercurij vires imitantur, quæ in alia parte ſunt locatæ Martis & Lunæ gerunt ſimilitudinem.

Signum Scorpionis generaliter facit tonitrua, eſtque ſignum igneum cuius partes præcedentes ventum magnum adducunt, quæ verò in eius medio, temperatæ ſunt, extrema eius terræ motus oſtendunt, ſeptentrionalia comburunt & Meridionalia humectant.

Stellæ Sagittarij

Stella quæ Sagittarij cacumen obtinet, Martis Lunæq́ viribus coæquatur, illæ vero quæ ipſius arcum formã & quæ in contactu manus ſunt, Iouis & Martis vires ſequuntur. Quæ in vultu eius ſunt, Solis Martisq́ viribus aſsimulantur. Quæ verò in ſagitta ſunt, viribus Iouis & parum Mercurij coæquantur. In eius cruribus inſitæ Iouis & Saturni viribus aſsimulantur. Quatuor denique in cauda Sagittarij poſitæ vires ſequuntur Veneris atque Saturni.

Signum Sagittarij generaliter facit ventos, & eius principia humectant, partes mediæ temperatæ, poſtremæ igneæ ſunt, Septentrionales ventos adducunt, Meridionales intenſè humectant & variant.

Stellæ

Stellæ Capricorni.

Stellæ quæ in Capricorni locatæ ſunt cornubus, à Veneris & parum Mercurij viribus non recedunt. Quæ in ore conſpiciuntur Saturni naturæ & parũm Veneris & Mercurij coæquantur,& quæ in eius cauda ſunt à Iouis Saturniq; viribus non diſcrepant.

Signũ Capricorni generaliter humectat,principia conburũt & deſtruũt,media tẽperata ſunt,extrema pluuia excitant, eius Septentrionalia & Meridionalia deſtruẽdo fortiter humectãt.

Stellæ Aquarij.

Stellæ quæ ſunt in hauſterio Aquarij, & in manu ſiniſtra figurantur Saturni & Mercurij naturam inſequuntur. Quæ in coxis eius,à Mercurialibus viribus non diſſonant. Reliquæ verò Saturni & parum Iouis naturæ aſsimulantur.

Signum Aquarij generaliter infrigidat, eſtq; aquaticum cuius principia ſunt intenſè humida, media temperata, extrema veros ventos faciunt. Illius Septentrionalia comburunt Meridiana nimium ventum faciant.

Stellæ Piſcium.

Stellæ Piſcium quæ in vertice Meridiani Piſcis ſunt Mercurij atque Saturni, in eius autem ore Iouis & Mercurij naturam ſequuntur. Quæ ſupra eius caudam & filum Meridionale conſtitutæ ſunt, Saturni opera & parum Mercurij imitantur.Quæ verò in ſpina corporis Piſcis Septentrionalis poſitæ ſunt,Iouis opera & Veneris aliquantiſper inſequuntur. In filo autem Septentrionali fixæ, vt Saturnus & Iupiter moliuntur,ſtella quidem Lucida ſupra eius ligaturam conſtituta, Martis gerit ſimilitudinem Mercuriſq; naturam parũ ſequitur.

Signum Piſcium generaliter infrigidat, ventoſque generat,cuius partes primæ temperatæ ſunt,mediæ fortiter humectant poſtremæ comburunt. Meridionales partes aquaticæ Septentrionales ventos efficiunt.

Quid ſtellarum fixarum cognitio conferat.

Hiſce itaq; perſpectis, expertus in notitia Theoriæ ſtellarum fixarũ planetarũq; certius iudicabit, quam ille,qui non habet niſi notitiam erraticorum quandamque proprietatem ipſorum. Nam (vt oſtenſum eſt) ſtellæ fixæ proprietates habent

consimiles septem Planetis. De his etiam Ptolomæus quadripartito doctrina est stellarum fixarū, quod, verbi gratia, stellæ in vertice Arietis existentium Saturni Martisq; viribus assimulantur. Itaque vires Saturni & Martis commixtæ sunt temperatæ in caliditate & frigiditate, auctæ verò in siccitate, cumq; via directoria hylech ad eas peruenerit, hoc eueniet quod eueniret si ingeretur Saturno Martiq; simul coniunctis, quod de aliis etiam combinationibus intelligi velim, nam omnia hoc in loco ad vnguem narrare non est animus, neque huius loci, neque potest. Quia nunquam fuit Astrologus qui sciret numerum totalem stellarum iuxta dictum sapientis: Qui stellas numeras quarum tu nomina solus, & loquitur de DEO, subditq; ordinem cœli & pluuias, guttas, dies seculi, & arenam maris quis denumerauit? Certum est iuxta Aristotelis dictum quàm plurimas stellas in cœlo esse stellato quæ nobis non sunt visibiles propter quantitatem paruitatis earum, datq; exemplum de Galaxia seu circulo lacteo, quæ pars cœli communiter est Lucidior in nocte serena, quam aliqua pars cœli alia, propter multitudinem stellarum paruarum, quæ influunt in aëre & in terra, mittuntq; ad nos radios suos, de talibus stellis nobis non est scientia, propter defectum potentiæ visiuæ hominis qui nunquam potest intueri eas, sed de stellis visis potest esse scientia atque fides.

Quod ad motum stellarum fixarum attinet, scitu dignū est, quod quia stellæ cœlorū, id est stellæ fixæ sunt in supremo gradu, quod idcirco non mutatur, sed diuersificatur eorum cursus neque separatur vna ab altera. Latitudines enim ipsarum semper sunt eodem modo sese habentes, sed non est ita in stellis erraticis. Nam eorum cursus variatur secundum signorum cingulum, interdum enim sunt in linea signorum interdum extra, vt postea dicetur.

Hos autem vtriusq; stellarum motus ab intelligentiis quibusdam dependere, veteres Philosophi, vt Eudoxus, Calippus

pus, aliiq; Astrologi opinati sunt, quæ non modo cœlum mouendi, verum etiam inferiora quæquè generandi conseruandique vires obtinerent, vt horum inde virtus gubernetur. Fuit etiam Auicennæ opinio inter cæteros prolixius, tractans materiam intelligentiarum primam causam esse supra omnes intelligentias, & à qua omnes intelligentiæ dependent, eamque simplicem esse, & non posse producere per se nisi vnicam intelligentiam, ratione primæ operationis, quæ immediatè ab ea dependet. Hanc verò intelligentiam vocauere veteres Philosophi intelligentiam primi mobilis, necesseq; esse aliarum intelligentiarum virtutem vnamquamq; ab ea cieri quod per se esset prima immediatè, sempiternaq; substantia. Præterea perhibuerunt Ethnici, quod cum *DEVS* sempiternus, vniuersum hoc primum condidisset, illi extrinsecus circumdedisse, & à medio per omne porrexisse. Et quod intelligentia illa immediata esset ipsi primæ causæ, magnoq; impetu ac fortitudine corpus sui mobilis, seu cœli omniaq; corpora cælestia mouere. Hæc rursus inferiora. Intelligentiam primi mobilis quam primam vocauere, dependere aiunt à prima causa, maiorisq; virtutis esse intelligentia sequenti, quia erat causata à prima causa annexa, suo cælo & ad motus eius continuandum, per actum sui intellectus suæq; intelligentiæ, & per receptionem quam obtinet à prima causa, producit intelligentiam secundam immediatè sub se, quæ dicitur intelligentia cœli stellati. Istaquè prima intelligentia cum secunda producit corpus cœli stellati, secūdaq; intelligentia mouet illud cœlum motu suo ordinario.

Hac ratione tractauere veteres Philosophi numerum separatarum intelligentiarum, quam plurima absurda, veritatiq; Theologicæ repugnantia afferentes. Creauit enim *DEVS* Opt. Max. in principio Cælum & terram, angelos, materiam primam & tempus, & verbo eius cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. In quo tria illa comprehen-

duntur DOMINVS, VERBVM, SPIRITVS, à quibus conditi sunt omnisq́; eorum virtus accepta. Quæ nam autem hæc cœlorum virtus? Ea nimirum quam Dionysius Areopagita interpretatur nunc rationũ nunc exemplarium numero. Exemplaria (inquit) esse dicimus rationes in DEO, quæ rerum substantias ingenerent: has bonas diuinasque voluntates Theologia vocat, eorum quæ sunt effectrices, & ex quibus supra naturæ conditionem ipse DEVS quæ sunt omnia producit. Eadem & Eusebius Palestinus vir præstantissima doctrina, manifestius apperuit. Primum omnia (inquit) DEVS cœlum genuit per seipsum & in ipso, rerum futurarum omnium opifices, rationes inchoans, & semina gignendarum rerum subijciens. Sed cum cœlum eo ruptibilem, mutabilemq́; substantiam sit sortitus, semper esse perseuerauit, quale fuit à principio sustinente ipsum opificis sui verbo, à quo veluti à creatore regitur & continetur, qui ei stabilitatem, atq́; mobilitatem dat quoad voluerit.

Lib. de diuinis nominibus. cap. 6

Ex dictis patet solum DEVM astra immediatè mouere fatuèque opinari qui voluere aliter tractare vim illam intelligentiarum, perhibentes præterea Lunam regere quatuor Elementa & quamlibet intelligentiam prœsidere in toto suo orbe, & in ambitu sui cœli, & in omnibus contentis, infra vsq́; ad centrum terræ, & animas hominum mediante vehimente imaginatione coniungi intelligentiæ Lunæ. Hincque fieri, quod homines aliquando acquirant mirabilia, si Lunæ intelligentia influat; quia huius vis est efficacissima. Omnis enim, dicunt, intelligentia scit quod est supra se, & quod est sub se; verùmtamen scit quod est sub se, quia est causa eius, & scit quod est supra se, quia acquirit bonitatem ab eo. Hæc autem propositio simpliciter est falsa, quia nulla intelligentia dependens est causa alterius intelligentiæ, nec bonitatis eius, sed summus ille Archetypus, vt supra dictum est.

Quod Luna etiam cuncta producat vanum est, probatur enim

enim experientia multa in his inferioribus contingere propria rerum natura, nonque à cœli influentia prouenientia. Nam:

Multa tegit sacro inuolucro natura: neque vllis
Fas est scire quidem mortalibus omnia: multa
Admirare modo, nec non venerare: neque illa
Inquires quæ sunt arcanis proxima, namq;
In manibus quæ sunt, hæc nos vix scire putandum:
Est procul à nobis adeò præsentia veri.

Qua de causa antiquorum Philosophorum opiniones, de virtute & natura intelligentiarum non sunt sæpè recitandæ nec sunt tenendæ in præsenti materia, sed improbandæ, quia plerumq; per imaginationem cœli contrarium humores alterantur, vt in mutatione colorũ omnium Laban, & in partu Ethiopis nobilis patronæ (de qua scribit Nicolaus de Lyra) patet. Quid plura? Vana sana horum de intelligentijs sententia. Nec mirum, si hi Philosophi errauere tractantes de substantijs separatis. Quia sæpè homines eleuati magnaq; scientia imbuti, sub specie recti deficiunt in particulari iudicio multarum rerum naturalium, arti eorum subiacentium. Et intellectus nisi eleuetur per sacram scripturam, vel per specialem inspirationem sæpè deuiat à veritate. Vt rectè hoc Aristoteles considerans agit gratias antiquis pro eorum laboribus atq; scriptis. Quia eorum labores nobis causam præstarent atque occasionem veritatem tum aquirendi, tum vlteriora inuestigandi. Profectò hunc imitari opere pretium esset, nisi in lubricis opinionibus vacillarent eorum monumenta. Alij enim posuerunt substantias separatas, & intelligentias & animas rationales, omniaq; ista perpetuò manere. Hi tamen non tantum à scopo veritateq; errauere, quantum multi mundani, dicentes se sapientes esse & stulti facti sunt, asseuerabant enim animas

Lib. sap.
Genesis.
Lib. 2. Met.

ratio-

rationales non manere post mortem, nec esse intelligentias separatas, nec primã causam. Iuxta illud: dixit insipiens in corde suo non est DEVS. Sed hos an inter homines numerem, plane nescio: brutis siquidem præstare videntur eo quod rationem habeant & intelligentiam: homines autem quomodo erunt, quorum ratio nihil constans, nihilq́; diuinum persuadere potest, sed semper varijs opinionibus in lubrico stet. Vnde accidit vt ijs vana ac superstitiosa esset Philosophandi ratio, vel si diuinum attigissent secretum, inconstans ac prorsus incerta. Nunc verò quando DEI Opt. Max. beneficio, nobis per Christum lux ipsa veritatis affulgit, nobis multa sunt diuinitas allata, à veteribus Ethnicis nunquam animo percepta.

Quod verò ad numerum attinet intelligentiarum, scire conuenit, eum nobis non esse cognitum nisi per reuelationem scriptaq́; reliquorum doctorum potius ratione argumentatiua vtentium Theologica, quam reuelatione diuina.

Vt autem ad rem redeam mouetur cœlum primò imperio DEI benedicti secluso quacunque applicatione cuiuscunq́; Angeli. Hæc Dionisius. Mouetur alio modo magis famoso: quo DEVS qui est immobilis, dat cuncta moueri, dat certis Angelis quibus cœlum mouetur, attamen hic semper à DEO est & diuinum spiritum ostendit. Nam quo pacto tanta cæli magnitudo consistere posset, si non maximus ille Archetypus huic etiam machinæ præsideret. Hoc verò ita per medium Angelum fieri oportet. Actus verò omnis est influxu, siue manenti, siue egredienti. Sed potest Cœlum moueri alio modo, sicut suæ placet voluntati, vel potest stare sine motu, quod non animaduertere Philosophi, nec capere potuerunt ratione naturali. Dixerunt enim quod si cœli motus cessaret, totus inferiorũ ordo, omnisq́; hic inferius actio destrueretur, tantamq́; posuerunt connexionem inter motum cœli & sublunaria, nempe si cœli motus cessaret destruerenter elementa

Lib. de Angel. Hierar.

& ex his mixta omnia, quod contrariatur experientia. DEVS enim omnia in potestate habet quæ condidit, & quocunque vult ea deducit. Illius imperio cœlorum motus cohibiti sunt, & Sol tanquam fixus constitit tempore Iosuæ, cum pro Israel dimicaret. Stetit itaque Sol in medio cœli, & non festinauit occumbere spatio vnius diei, nec fuit ante nec post tam longa dies, obediente Domino voci hominis.

Deus obedit voci hominis.

Ex his itaque patet totam elementorum machinam posse consistere, DEO volente, absque motu cœli, nec minus generationes productionesue fieri posse, toto cælo quiescente vt Iosuæ tempore factum est. Et potest DEVS imperare cœlo vt moueatur ab Occidente in Orientem, sicut nunc mouetur ab Oriente in Occidentem, obediendo imperio creatoris, quod sæpè contigit, nam quatuor ab orbe condito in cœlis facta mutatio est supra naturæ legem. Nec scio quod præter has quaternas vices alias vnquam in hisce locis factam nouationem prodant historiæ sacræ. Primò scilicet cum ipse Sol staret pugnanti Iosuæ contra Gabaonitas. Deinde quando cursu retrogrado mouebatur ab Occidente in Orientem, quod Regi Ezechiæ contigit. Huic successit sydus apparens ante salutis exortum, de cuius tamen loco & specie parum constat. Postremum fuit defectus ille mirabilis Solis, ex quo diuinus Areopagita (vt ipsemet scribit Epistola ad Polycarpum) agnouit primum vel mundi excidium non procul abesse, vel DEVM naturæ in summa affectione versari. Quid plura?

Naturæ legis mutatio.

Sanè DEVS immediatè omnia administrat, cœlumque mouet. Angelus autem cælum mouens, non id facit imperio voluntatis suæ, sed voluntatis diuinæ, & per aliam applicationem mouet, quam per suam voluntatem solam. Et cum Angeli cœlum mouent æquè sunt beati semper, licet aliquis posset obijcere vtrum Angelus possit esse vbique simul & semel, vtrumque mouendo cœlum sit in toto cœlo? Ad hanc oblatam quæstionem sic responderem: Angelum iussu DEI

mouere quidem cœlum, non tamen esse vbiq;, hoc est in toto cœlo, sed in aliqua cœli parte, quod in parte orientis videtur magis ratione consentaneum, quam in alia aliqua cœli parte.

Coniungitur igitur Angelus vt motor motu, non vt perficiens suo perfectibili, vel forma corpori, sed ea ratione, vt ante de rege Xerxe ostensum est. Itaque omnes spiritus sunt administratores voluntatis diuinæ, quod solum sentiemus in materia motuum cœlorum. Antiquorum enim scripta minimè sunt approbanda hoc in loco, quia non habuerunt reuelationem, illuminationemuè veræ philosophiæ, & potentia ipsius primæ causæ. Attribuebant enim intelligentijs cœlorum virtutes quas non habebant. Sed maxima admiratio relucet ipsius conditoris in cœlis materialibus veluti in quodam libro digito *DEI* (teste psalmographo) scripto ibi dicit: *Cœli* " *enarrant gloriam* DEI, *& opera manuum eius annunciat firmamen-* " *tum.* Nec miror amplius cur tot tantisq; viri docti, tam excellentibus, diuinisq; ingenijs præditi à scopo ab errare potuerint. Etenim spectabilium rerum defixa meditatio sæpe diuinorum sensus adulterat, nec vllum est grauius præcipitij iugum, atque ista rationum exaparantia, quæ non se DEO, sed *DEVM* sibi submittere tentat: quæ sensibilium rerum affluxu tumidæ menti vias obsepit, quò minus diuini spiritus lumen in se transmittat: qui in ipso rationis gubernaculo destituta, atq; ab intellectus atrio pulsa, tanquam ebria rursus in posteriora labatur: postquam scilicet metitur omnia in rebus diuinis tum pro suæ potestatis angustijs, tum pro carnis affectione & corruptela. O curuæ in terras animæ & cælestium inanes.

Ratio

Concludimus igitur cœlum à *DEO* & immediatè ab Angelo moueri, estq; cœlo superior atque nobilior, spiritalisq; naturæ, ostendit DEVM spiritum esse gloriosum, spiritūq; spirare: nihil enim est creatum cuius non sit in creatore idea An-

gelus.

lus spiritus est, igitur in DEO exemplar habet, vt diuinum spiritum esse oporteat, imperioq́; eius cœlum moueat.

CAPVT. X.

De natura ac proprietate quinq́; erraticarum.

IAm satis & magis opiparè quam introductio nostra ferre posset de motu cœlorum dicti sumus. Nequid igitur lectori fastidium adferat, ad frugiferam fructuosamq́; materiam nostram reuertamur, vt quantum in cunctis Astrologia adferat vtilitatem dicamus.

Ordinem itaq́; Planetarum alio in loco satis demonstrauimus attamen hic scire conuenit, quod prima, à parte inferiori est Luna, ea enim ita est collocata, vt tanquam receptaculum influentiam aliorum Planetarum recipiat, & tanquam cœlorum nuncia omnibus momentis ad nos mittere non sinat. Huic in secundo orbe subsequente comitatur inconstans ille Mercurius. Hunc in tertio circulo subsequitur Venus. Sol verò quartum eligere voluit, in quo tanquam rex gloriosus cæteris imperatur. Mars post Solem quintum obtinet cœlum, Iupiter verò sextum. Saturnus quasi naturæ inimicus, propter frigidam siccamq́; eius influentiam, à supremo æternoq́; Archetypo in supremo septimoue cœlo est collocatus. Duobis tandem luminaribus suppresis, de quinque erraticis ordine agemus.

Saturnus.

Saturnus altissimus inter erraticas visitur pallidus eiusq́; minus valida est lux, ad raritatem ætheris eam ostendit declinare, ita vt si rarescceret magis in ætheris transiret raritatem, & diaphanitatem prope subiret, & languidissimè vel non amplius luceret, modo quia compactior est ea raritate, lucet, sed lucet luce languidiore. Rara namque flamma, apud nos etiam, minus fulget validè, quam si sit densior. Qua de causa malæ est Saturnus influentiæ, frigidus, siccus, masculinus, diurnus.

Ex significationibus habet senes, res ponderosas, vtpote terræ lapides, plumbum &c. Ex odore res fœtidas, profundas habet opiniones, assimulatur enim melancholiæ, quæ de omnibus generatur humoribus, & nullus de ea. Inuidus est & longam seruat iram, nec illam facile concoquit. Pauca loquitur, abhorret societatem, qua de causa socium odit. Memoriæ est tenax propter siccitatem. Cogitat & scrutatur res antiquas, non habet agilem intellectum, timet multũ est queproditor, nigromantica efflagitat.

SATVRNVS.



Cum regibus est in similitudine regis, quia omnes Planetæ ad eum mittunt considerationes suas, naturas, atq; fortitudines.

Vilium societatem amat, & cum humilibus humilis est, diligit ponere fundamenta, seminare, plantare, & populare, non habet solatium cum aliquo.

Venus & Mars sunt inimici eius, magis tamen Venus quam Mars, amici eius sunt Sol atque Luna. Grauiter mouetur atq; incedit, pauci vsus cum Veneribus atque mulieribus, sterilis est, quia nullum generat filium, legem suam iudicat, plura suorum factorum magis sibi ferunt damnum quàm vtilitatem.

Creatus est ex aqua & tenebris nubium, nec per se intensius lucet, Soli est contrarius, quia domus eius est suæ opposita, & tenebrositas sua est diuersa & contraria lumini eius. Non obedit alicui Planetarum, nec regitur ab illorum aliquo, nisi à Sole à quo comburitur, retropellitur, fitque Orientalis atque Occidentalis appropinquando ei, & elongando se ab eo. Participat cum Marte in infortunio & non in alio estque ei contrarius atque inimicus, natura & proprietate, quia refrigerat eum, & naturæ suæ frigiditate, caliditatem & ardorem eius extinguit. Abhorret Iouem propter eius cõmunitatẽ.

Minuit vitam nati, & vitiosam reddit nutritionem eius, piger est in factis atque motibus eius. Impeditæ est loquelæ, timetq; valde in profundis opinionibus atque cogitationibus suis. Attamẽ scientias in figura benè constitutus largitur, maximè si Mercurius benè dispositus, ex Capricorno, siue Aquario eum feliciter aspexerit. Hæc de Saturno.

Iupiter à raritate Saturni magis recedit, & densior est, atq; ideo fulget clarius, estque fortunatus, masculinus est & diurnus, significator substantiæ. *Iupiter.*

Iouis calor est temperatus, idem est siccitate influit in aëre & sanguine hominum atq; animalium. Ex ætatibus significat iuuentutem, estque Planeta commendationis, intellectus, sensus & pietatis. Est fortuna per aspectum & corporalem coniunctionẽ. Significat bonitatem & correctionem, legem, simplicitatem & castitatem. Dirigit & non damnat. Abhorret Saturnum eiusq; naturam, prohibet & retrahit eum à malis suis operibus.

Eſt formoſæ apparentiæ & compoſitæ perſonæ , manſuetus fidelis, legalis & pius. Præcipit & oſtendit bonitatem, prohibet & abhorret malum, adiuuat pauperes, gubernat eos quibus commodus eſt. Veridicus eſt in dictis factisq; ſuis, boni ſolatij & amoris, bonæ ac veræ amicitiæ, & ſine fraude.

IVPITER.



Completus eſt & ſanus corpore & membris ſuis, fortunatus in factis & dictis ſuis. Quando fortis eſt felix ac firmus in natiuitatibus, fortuna & nati nutritio adimpletur.

At ſi fuerit deiectus in nauitatibus vel oppreſſus damnabitur nati negotium & minuitur eius vita. Iupiter amat Senatum, decreta & iudicia.

Non habetur bonum nec vtilitas in aliquo facto , nec in aliquare niſi per eum (mandante DEO, à quo operatio eius dependet) & per demonſtrationem & aſpectus eius.

Per

Per eum clarificatur aër, currunt venti & salutiferæ pluuiæ. Per eiusq; æqualitatem, communitatem & temperiem, æstatis calor, & hyemis frigus temperantur, & minuuntur infirmitates epidemicæ ac mortalitates. Et quamuis non reperiatur in sacris materia essentiæ eius, dicunt tamen sapientes, quod Iupiter creatus sit de claritate äeris, lumine ac vento eius limpido purgatoq;. Fratres etiã ac consanguineos significat, & eo die quo *DEVS* incepit creare mundum, erat in domo ascendente.

Mars Ioue est compactior, quod igneo suo calore prodit, nam & nostrates flammæ in crassiore ac densiore materia accensæ, & rubentiores apparent, & sentiuntur calentiores. *Mars.*

Estque masculinus, diurnus de die, de nocte verò magis diurnus quàm nocturnus, masculinus est cum fuerit orientalis, & contra. Calidus est & siccus, obtinens calorem excessiuum. Influit in cibariјs mali saporis, & in ferro sicut Iupiter in stanno. Influit quoque Mars (si nimium indulgetur, siue propensio quæ nunquam necessitat, ad actum ducatur) in proditoribus & proditionibus, significat fraudulentiã & superbiã.

Mars est victoriosus, destructor, iratus, diligit occidere & interfectiones, rixas & litigia, & contrariari alteri minus est malum atq; infortunium, stultus, impatiens. Totum cor in rebus agendis suis exponit. Non percipit quid agat in ira sua, nec manum facilè detrahit ab inceptis, bella & seditiones mouet & prælia, approbat clamores rebelliones gentemq; stultam, amat generationes & conuenit cum eo Saturnus in infortunio & læditur ab eo Mars frigiditate sua ac tenebrositate.

Inclinatur Solis amore nimio, & defenditur auxilio eius, quoniam Sol in domo eius exaltatur, qua de causa gubernat eum, & proprietas naturaq; eius conuenit cum proprietate & natura Solis.

Nescius est & obliuiosus, modici intellectus, & diminuti sensus, nec considerat rerum fines.

Per

Per eum & eius ascensum descensumq; in circulo suo crescit & decrescit æstatis calor, hyemisq; frigiditas singulis annis. Eius natura mobilis & mutabilis est modo humidus, modo siccus. Nam quando ascendit in circulo suo, & separat se de fumositate terræ fortificatur eius calor & siccitas: Quando verò descendit in circulo suo versus terram eiusque fumositates, humectatur & minuitur calor eius.

MARS.



Luna ei inimica est: & contra. Eius etenim proprietas ab illius diuersa est, indeq; Luna vilis fit atque debilitatur.

Quando est dominus alicuius natiuitatis, & nullum cum Venere aut Ioue obtinet aspectum, interfecit, destruit, natiq; internecionem significat, est modicè nutritionis.

In reuolutionibus anni varias etiam sortitur significationes. Quando enim constitutus est in angulis aut succedentibus, in illo anno bella futura demõstrat, & secundum eius loci condi-

conditionem latrocinium, furtum prædas, viarum insidias, ferire comburere, & his similia minatur.

Quando pluuiæ obtinet significationem, mouet scintillationes tonitrua, radios in aëre & similia aspectu mirabilia.

VENVS.



Venus verò stellarum, omnium pulcherrima, clarissima lucet flamma, sed quam duo superiores minus. Et vt nos quidem arbitramur inter densitatem & raritatem media. Nam si flammas, aut in foco, aut in lucerna spectemus, attentè, cernemus etiam eius partem, quæ prope vel lignum vel oleum, aut ceram est, reliquæ fere radix, sub obscuram & fere cœruleam esse materiæ humectæ vicinitate, & quasi materiatæ: Quæ ardore ipso attenuata est, in medium sui accensa est clarissima. Deinceps in rubedinem vergit parte superiore, vbi fumus in se se recipit, & quasi supetias sibi laturus cogitur & fit densior. Media ergo flamma omnis est lucentissima, eò *Venus.*

quod inter duas extremas crassities, æqualiter est media. Venus ergo qualis apparet tali etiam inter raritatem, & densitatem temperie media constare est credenda. Estq; Astrologicè sumpta fœminina nocturna fortunata, frigida & humida.

Obtinet influentiam frigidarum in primo gradu, & humidarum in secundo gradu. Estq; significatrix mulierũ & ornamentorum, & significat amorem, dilectionem & patientiam. Hilaris est, iocosas, iucunda, & bona æstimationis, staturæ integræ, limpida, formosa, diligit iocum, cantationes & conuiuia. Mansueta est & pauci motus, plena amoris, amicitiæ & societatis.

Recepit Martem per fornicationis modum & nitoris Sed abhorret ipsum propter contrarietatem naturæ suæ quæ est calida & sicca & separat se ab eo, & malum infortuniumq; eius minuit mansuetudine sua, mansuetæ enim est loquelæ.

Conuenit cum Saturno frigiditatis causa & conuenientiæ exaltationis eius in Libra, quæ domus vnius est & exaltatio alterius: discordat verò cum eo in moribus, tristitijs & doloribus suis, eo quod est vsus modici cùm mulieribus.

Status Veneris cum statu Solis est similis statui mulieris cum viro, quia quando cum illo coit humiditatem emittit. Hac ratione est ipsa significatrix pluuiarum, nubium & imbrium.

Eius magisteria & sapientia sita est in cantu, concordatione sonum, tangendo instrumenta, tympanum, tubas & similia.

Præstat artem artificiosè scribendi, si Mercurius in re aliqua cum illa participet, quia Mercurij est virtus scribendi, & Veneris figurare & pingere, & manu subtiliter omnia agere.

Ægrè patitur malum, iram, rixas, aut infortunium: quia natura eius est fœminea, eam enim qui habet nihil sufferre potest, & ob leuissimam quamq; causam incitatur & dolet.

Magnam

Magnam obtinet vim in liberorum educatione, infantium & liberorum fortuna: quia quando ipſa vincit, habetq́; dominium potentiamuè in aliqua natiuitate, & in eadem fuerit apparens & firma, erit natus valde fortunatus magnarum diuitiarum, bonæ famæ, magni nominis, laudatus & amatus ab omnibus qui viderunt eum, & audierint loqui de eo.

MERCVRIVS.



Mercurius cœruleo ſuo colore prodit ſe ſe quaſi fundum eſſe flammæ, ſicuti Mars rubedine ſua ſummitatem. Qua de cauſa mixtus eſt, cum bonis bonus, cum malis malus.

Mercurius

Maſculinus, diurnus, ſignificator puerorum & ſcribarum, & librorum, ex infirmitatibus, cerebri ſenſuſq́; vitia obtinet, vt maniam, inſaniam & ſimiles.

Calidus eſt & ſiccus, formæ & naturæ conuertibilis, bonæ rationis & ſignificator computationum atq; ſcientiarum, benè loquens, & in oratione audax, pulchræ apparentiæ & compoſitæ ſtaturæ. Puer diligit libros & computationes, placent ei magnifica, res benè factæ, pulchræ orationes ac omnis ſcientia, agilis eſt in motu, & euidentis proprietatis, alacer & mobilis in omnibus rebus ſuis, loquela & reſiſtentia recuperat, & tuetur fortunium ab infortunijs.

Eius exaltatio eſt in propria domo, & caſus in oppoſito, debilitatur in domo Veneris, & participat cum Ioue ſapientiam, documentum, ſcientiam & intellectum : cum Marte in omni re gaudium & motum, & in deſiderio aſſequendo omnia quæ facere prætendit. Debilis eſt cordis, mendax, traditor, ſapiens & ſubtilis in moribus fraudulentis, ſtatus eius reſpectu Solis eſt ſtatus ſcriptoris, agilis eſt boniſq; inſignitur moribus, ſapiens in ratiocinando & ſcribendo ea quæ ad regnum ſuum faciunt.

Sæpè impeditur, magnus eſt inuolutor & retrogradationum multarum. Per eum fortitudinemq; eius in angulis, ac per fortunium infortuniumq; eius in natiuitatibus, innoteſcit, loquens ne ſit futurus infans an mutus, & impeditæ rationis: aut contra.

Mercurius vnus eſt trium Planetarum pluuiam ſignificantium, & per eum mutationemq; eius de ſigno in ſignum, & per eius ſtatum & retrogradationes, directiones oppoſitiones & coniunctiones præſcimus motum ventorum aut eorum tempeſtates. Nam quando vnum abtinet ſignum, vel quando ſtationarius eſt aut retrogradus, ſignificat ventos, tempeſtates, humiditatem & pluuias, & in aëre accidentia, nubium turbationem, & his ſimilia.

Similiter quando eſt in oppoſitione Lunæ, ea ſignum aliquod aqueum peragrante, eandem quam diximus ſignificationem obtinet.

In

In reuolutionibus annorum mundi validam ac veram ſortitur ſignificationem dominij officialium, & regni, redditũum, mercium & infantium.

Hæc de luminaribus, Stellis fixis, & quinq; erraticis recitare volui generali quodam modo. Sed hos omnes commemoratam obtinere erga microcoſmum virtutem atq; influentiam, diximus: quia homines ſumus, & à nobis nihil alienum putamus, qua de cauſa, licet Stellæ per ſe non ad malum inclinant, diſpoſitionem tamen, arbitrio noſtro iudicialem obtinent, ſed minimè neceſſariam. *Terentius*

CAPVT. XI.

De Planetarum motibus varijs, atq; duplici cœli motu.

AD ſaluandos generationes & corruptiones rerum naturalium, plures circulorum Sphærarũq; lationes eſſe opere pretium eſt. Nam ſecundum motum primum ac diurnum vniuerſus mundus æqualiter ſe habet, non poteſt ergo ſuapte natura eſſe cauſa generationis & corruptionis: quia idem eodem modo ſeſe habens ſemper, natum eſt facere idem. Alium igitur motum quærere oportet, qui relationem habeat in aduerſos affectus, & is eſt motus Solis in Zodiaco circulo. Cœlum ergo moueri pluribus motibus neceſſarium eſt.

Scire itaque conuenit quod quanto orbes cœleſtes ſupremo ſunt orbi viciniores, tanto velocius feruntur motu diurno, & motu proprio tardius. Motus enim primi mobilis ſimpliciſsimus eſt & velociſsimus, ideo Sphæras inferiores velocius ſecum rapit, remotiores verò tardius. Huic quoq; motus omnes Sphæræ contraferuntur, quia ſunt illi primæ lationi viciniores pluri tempore: qui verò remotiores, minore: & medij medio modo. Et quia cœlum ſtellatum propinquius exiſtit primo mobili, ideo ab oriente in occidentem, & con- *Cœlum ſtellatum.*

tra:complet circulum ſuum in 24 horis,qui diurnus vocatur. Eſtq́ꝫ cœlum ſtellatum maior inferioribus orbibus, nam in æquali tempore mouetur per æquale ſpatium, & per conſequens eſt motu diurno velocius, tardius verò proprio, qui completur in 49 milibus annis, quem magnum Platonis annum vocant.

Cœli ſtellati diuiſio.

Diſtinguitur verò generaliter in tres partes. Prima pars eſt Zodiacus,qui ſecundum Ariſtotelem eſt Zona torrida ſub qua incidunt ſeptem Planetæ à quibus teſtatur vitam omniũ viuentiũ dependere, ſed hanc à ſummo creatore obtinet.

Alia pars cœli ſtellati nuncupatur meridies, multumq́ꝫ à nobis remota eſt,qua de cauſa nobis non eſt adeo potentis influentiæ ſicut pars ſeptentrionalis.

Tertia verò cœli ſtellati pars dicitur ſeptentrionalis,in qua exiſtit Polus Arcticus,ſupra quem ex vna parte voluitur cœlum ſtellatum. Iſta verò pars, vno Zodiaco excepto,nobis potentioris eſt influentiæ.

Cœli ſtellati vtilitas.

Quod autem ad vtilitatem eius (præter ſtellarum fixarum continentiam) attinet notabis dililigenter, quod motus calculationeſq́ꝫ Planetarum facile poſſunt reduci de nona Sphæra, ſcilicet, de Zodiaco nonæ Sphæræ ad Zodiacũ octauæ Sphæræ,qui dicitur motus capitis Arietis mobilis. Vel ſi calculationes dirigantur ad octauam Sphæram debet addi motus diſtantiaq́ꝫ capitis Arietis nobilis, vt habeatur motus veraq́ꝫ loca planetarum in Zodiaco nonæ Sphæræ. Vocaturq́ꝫ hic motus in tabulis Alphonſi regis Caſtellæ motus acceſſus & receſſus capitis Arietis octauæ Sphæræ, & hac practica æquationis dictæ tabulæ poſſunt verificari latitudines ſtellarum fixarum & tanto melius vera loca ſtellarum omni tempore, inſtrumentis requiſitis, fiat inquiſitio & verificatio. Præterea notare conuenit quod loca Planetarum indagentur à centro terræ comparatione ad Zodiacũ facta nonæ Spheræ.


Stellarum motus vera inueſtigatio.

Itaq́ꝫ ſic (exempli gratia) oculus hominis in centro terræ,

&

& mitteret radium visiuum per centrum Planetæ, procederet à centro terræ, per centrum corporis Planetæ & transiret ad nonam Sphæram vbi terminaret visionis finis in nona octauaue Sphæra ibi dicitur esse verus locus Planetæ & ab illa

Exemplo demonstratur.



parte cœli recipimus influentiam. Hac via inquiruntur veri motus veraq; Planetarum loca, & breuiter hoc modo fit transitus istarum materiarium generalium.

Quod

Planetarum motus.

Quod ad motus attinet Planetarum, repertum est cœlos septem Planetarum, cum ipsis Planetis moueri in vno die naturali ab oriente in occidentem: & contra ab occidente in orientem, idq; 24. horarum spatio. Hic motus alio nobis magis apparet.

Secundus Planetarum motus est ab occidente in orientem, estq; eorum motus naturalis, quo absoluto vera dicitur reuolutio Planetarum. Sic Saturnus complet motum suum in 30. annis, Iupiter in 12. Mars in 2. annis, Sol in 365. diebus & 6. horis annum constituentibus, Venus & Mercurius quoque in vno anno Solari circiter. Luna diebus 28. quæ mensem Lunarem faciunt additis 6. horis, quæ in quatuor annis bisextilem causantur, eaq; cum in coniunctione præcedente fuit cum Sole, redit ad eum, & cum eo quasi signum Zodiaci transit & expedit antequam iterum ad Solem redeat.

Declinationes Planetarum vnde ortum habeant.

Notare etiam conuenit, quod quinque Planetæ aliquando versus septentrionem, aliquando verò versus meridiem feruntur: & ratio est, quod motu suo Zodiaci motum insequantur. Zodiacus enim obtinet declinationem, consideraturq; ea à linea equinoctiali quæ est in capite Arietis & Libræ & vtriusq; declinatio tum versus meridiem septentrionemq; 23. graduum est cum dimidio.

Sol à principio Arietis, quod caput eius dicitur vsq; ad Cancri caput est sinister ascendens, & à capite Cancri vsq; ad caput Libræ est sinister descendens, & in tota alia parte ascendendo & descendendo Planeta septentrionalis est diciturq; esse fortior. Et à Libra vsq; ad caput Capricorni dicitur Planeta dexter & descendens, à Capricorno verò vsque ad Arietem dexter ascendens. Hæc medietas medionalis est, in qua Planeta aliquis existens debilis dicitur, & sic de Luna reliquisq; planetis intelligi velim.

Luna autem mouetur ab oriente in occidentem motu firmamenti, & è conuerso motu proprio & naturali, linea scilicet, Ecliptica, mouetur versus semptentrionē, reuertens ite-

rum

rum ad lineam Eclipticam, ad principium, intellige, Arietis & Libræ, & à linea Ecliptica tendit ad meridiem, ascendendo, postea iterum descendendo, perseueratq́ in istis motibus imperio creatoris.

Hæc Lunæ declinatio versus septentrionem & meridiem in causa est, quod Astrologi tabulas proprias de latitudinibus Planetarum ad partem meridionalem & septentrionalem computauerint.

Planetarum latitudines,

Maxima Saturni latitudo trium graduum & duorum minutorum versus septentrionem reperta est. Versus meridiem verò trium graduum & 5 minutorum. Maxima Iouis latitudo versus septentrionem, duorum est graduum & octo minutorum totidem versus meridiem. Martis est 4 graduum & 23 minutorum versus septentrionem, versus meridiem verò septem graduum & 30. minutorum. Sol autem nullam admittit latitudinem. Maxima Veneris latitudo versus septentrionem est 7 graduum & 22 minutorum, versus meridiem duorum graduum & 20 minutorum. Mercurij versus septentrionem est 4 graduum & 5 minutorum, versus meridiem 2. graduum & 30 minutorum. Et quantum Planeta plus eleuatur versus septentrionem in latitudine sua, tanto est fortior. Sic Planeta qui Septentrionalis est fortior est quàm qui meridionalem partem peragrat.

Sol nullam obtinet declinationem

CAPVT. XI.

De quinque dignitatibus septem Planetarum essentialibus, deq́ domino horæ & nouenarum.

QVinque esse Planetarum dignitates essentiales, omnes rectè philosophantium Astrologi affirmant. Has autem in locis sibi conuenientibus obtinent. Prima harum vocatur domus, secunda exaltatio, tertia triplicitas, quarta terminus, quinta facies.

In domo verò sua, Planeta obtinet 5 dignitates ac fortitudines, dicunturq́ quinque virtutum testimonia in exaltatione sine regno quatuor habet fortitudinis testimonia, in triplicitate ternario numero gaudet. In termino duas obtinet virtutes, in facie verò vnam.

Domus prima essentialis dignitas Planetarum.

Itaq́ domus prima maxima que est Planetarum fortitudo essentialis, magnæ euidentiæ respectu generationis atq́ corruptionis rerum naturalium.

Domorum siue signorum attributionũ causa.

Sol & Luna luminaria, fortiores sunt alijs quinque Planetis, qua ratione fortiores domos cæteris sibi vendicauere. Cancer igitur cæteris signis maioris est nobis virtutis, æstas enim incipit dum Sol illud attingit, diciturq́ signum fœmininum atq́ nocturnum, & Luna inter sydera nobis proxima est faciliusq́ mouetur, frigida enim est & humida, fœmininea atq́ nocturna, rerum significans principia. Hinc veteres Philosophi Cancrum Lunæ attribuerunt, Leonem verò immediatè sequentem Soli, quia calidus est & siccus, masculinus ac diurnus, & rectè: vt enim Leo medius est signorum æstatis, sic Sol medium locum inter Planetas occupat. Et vt mentem nostram facilè quis possit assequi, scire conuenit, Solem & Lunam genitis quibusq́ rebus incrementum iustum impertirè, Saturnus verò decrementum atq́ corruptionem, & ratio est, quod Cancer & Leo sunt signa æstiualia, quibus opponuntur Capricornus & Aquarius signa hyemalia & domus Saturni. Quia igitur Saturni domicilia Solis & Lunæ opponuntur domicilijs, genetricibus dicitur malignus & aduersarius, & impeditor luminarium.

Saturnus cur malignus dicatur.

Quod ad Iouem spectat, veram temperantiam atq́ moderatorem dicimus, reprimit enim ratione naturæ suæ temperatæ Saturni veneficam qualitatem. Circulus enim eius inferior atq́ vicinus est circulo Saturni qua de causa Sagittariũ & Pisces quæ contrariantur dominibus Saturni (licet proximiores sint) illi rectè condonauere.

Iupiter Saturni malitiam quomodo reprimat.

Cæterum

Cæterum domus Iouis similitudinem obtinent domibus Solis & Lunæ, ipsasq; trino amicabiliq; aspectu illustrant hoc, scilicet, modo: quod Sagittarius calidus & siccus Leonem, Pisces verò frigidus & humidus, Cancrum aspiciat qua de causa Iupiter dicitur beneuolus, fortificans atque generans, fortunam & vitæ adiutor.

Domus Iouis cum domibus luminarium collatio.

Sequitur Mars maleuolus & luminarium corruptor circulum suum subtus Iouis circulum obtinens, domus suas habet Arietem & Scorpionem, signa proxima atq; comitantia domibus Iouis. Itaq; vt Mars peruersæ & excessiuæ est naturæ, siccus & ardens, aduersaturq; Soli & Lunæ, estq; ipsorum effectuum corruptor, sic & domus ipsius quarto aspectu domum Solis & Lunæ aspiciunt, hoc modo, quod Scorpio frigidus & humidus Leonem calidum & siccum, Aries verò calidus & siccus Cancrum frigidum & humidum quarto malignoq; aspectu intueatur.

Iupiter cur beneuolus dictus.

Mars cur peruersus.

Venus fortunata & benigna (sub Sole collocata) Taurum & Lunam sibi vendicauit, suntq; proximiores domibus Martis, & domum Solis & Lunæ sextili satis amicabili aspectu respiciunt, ita quod Libra aspiciat Leonem vna qualitate participantem, simuli aspectu Taurus respiat Cancrum, qui similis ei est in vna qualitate, scilicet frigiditate. Venus autem Ioue minus est fortunata, & ratio est, quod domus Veneris saltem vna qualitate pares sunt domibus Solis atq; Lunæ Iouis verò duabus, vnde aspectus eius ad Solem atq; Lunam fortior est & amicabilior.

Venus cur Ioue minus fortunata.

Sequitur Mercurius dominium obtinens in Virgine & Geminis, suntq; propinqui signis Solis & Lunæ & communem sortiuntur significationem, motus enim eorum duplex est, qua de causa ipso Mercurio conuertibilis optimè conueniunt,

Mercurius cur natura dicatur conuertibilis.

cum fortunatis enim beneuolus est & fortunatus, & contra. Paruæ debilisq́ue est qualitatis, & venere beneuola virtute inferior.

Obiectio.

Sed hoc in loco forsitã ingenuosus, aliquis nobis obijciet: signa Iouis sunt cõmunia ergo cõuertibilia, & Mercurio magis quam ipso Ioui conuenientia. Respondemus: licet domus Iouis à duplici motu dicta sunt signa communia, sicut domus Mercurij, nihilominus quia sunt similes domibus Solis & Lunæ, & duplici qualitate ipsas aspiciunt, aspectu amicabiliori non posse mutari de fortuna in fortunam, neque etiam Iupiter. Sed quilibet aliorum trium Planetarum, Saturnus scilicet Mars & Venus ex domibus suis signum vnum mobile obtinent conuertibile alterum. Hac verò via; quod Saturnus ex parte media cœli quæ Lunæ dicatur, cepit pro hospitio signum fixum Aquarium, & ex parte cœli altera media Solis Capricornum signum mobile & conuertibile. Mars in parte cœli quæ est Solis Scorpionem fixum, ex parte verò quæ est Lunæ Arietem mobilem elegit. Venus quidem in parte cœli quæ est Lunæ Taurum fixum, in parte verò quæ est Solis Libram mobilem cepit. Et quia Sol & Luna præeminentiam ratione luminis & virtutis obtinent inter cætera sydera, ideo cælum in duabus partibus diuisum hic vnam illa aliam partem sibi compararunt. Qua de causa quilibet aliorum quinque Planetarum vnam suarum domorum constitutã habet in medietatè cœli cui Sol aut Luna præsidet dominiumq́ue habet cum ijs ratione illarum domorum participantes.

Solutio.

Exaltatio.

Secunda dignitas est exaltatio, de qua inter philosophantium greges incidit controuersia aut potius diuersitas. Quidam enim sapientes perhibent solum aliquos extare gradus particulares quæ exaltationis nomine fruuntur: vt decimum gradum Arietis Solis, 3 gradum Tauri Lunæ, 3 Geminorum capitis Draconis, tertium Sagittarij cauda Draconis 5 gra-

dum

dum Cancri Iouis, vigesimum primum Libræ Saturni, 25 Piscium Veneris, 15 verò Virginis Mercurij exaltationem dixerunt, & contra, in opposito, casum & debilitatem eorum posuerunt. Nos verò Ptolomeum principem sequentes totum Arietem Solis exaltationem statuimus & sic de reliquis, vt ex sequenti patebit tabula. Hoc denique de exaltatione notandum, quod nullus Planeta in Leone Scorpione & Aquario exaltationis dignitatem sibi vendicet.

Triplicitas. Tertia dignitas essentialis est signorum triplicitas, suntq́ signa conuenientia in vna qualitatum triplicitate, in quibus tres Planetæ maximum obtinent dominium vt in triplicitate siue Trigono igneo Sol, Mars & Iupiter, & sic de reliquis iudicandum est.

terminus. Quarta dicitur terminus quem quinque duntaxat Planetæ obtinent, Sol enim & Luna consimiles dignitates essentiales sortiuntur in proprijs cœli medietatibus. Sol in illa quæ maior dicitur, inchoando à principio suæ domus scilicet Leone & terminando in fine Capricorni. Dicitur hæc maxima medietas ratione accensionum signorum quæ incipiunt à dominio Solis, suntque maiores, & medietas Solis quia ipse in illa consimilem habet dominium alijs Planetis in terminis suis gradualibus existentibus. Alia medietas, (quæ incipit à principio Aquarij & finitur in postremo Cancri dicitur minima, estque medietas Lunæ, que in ipsa illam obtinet potestatem, qualem Sol in sua. Ergo Sol & Luna in medietatibus cœli suis obtinent virtutum testimonia sicut Planeta in proprijs suis terminis. Et causa est quod Sol & Luna lumina sunt præstantiora cæteris omnibus in corpore æthereo existentibus. Hoc postremò de terminis est notandum, quod mirabilis & secretissima sapientia ijs est abscondita quæ non nisi ingeniosissimis reuelatur, quia terminus mutat, intendit, aut remittit naturam Planetæ quæ est causa formarum & cœlorum diuersorum rerum mixtarum, & dominus termini in

termino suo existente, maius habet posse in illo signo quam dominus domus exaltationis existentis in locis peregrinis.

Vltima essentialis dignitas dicitur facies, estq; omnium debilissima vnum enim ipsi succedit virtutis testimonium. Denique considerare conuenit quod Planetis in oppositis locis existentibus horũ essentialium dignitatũ totidem debilitates succedant, quotidem eis deberentur dignitates si essent in locis dictarum dignitatum essentialium. *Sequitur Tabula 5.*

Facies.

Quinque dignitatibus essentialibus magis principalibus examinatis, restat vt de Domino horæ & nouenæ, qui minus dicuntur dignitates paucis etiam perstringamus. Dominium itaque horæ hinc ortum habet, quando dici artificialis & nox in duodecim æquales partes diuiduntur, vnde in prima hora illa dominatur Planeta à quo dies illa denominationem adepta est, verbi gratia: dies Dominici à Sole obtinuit nomen suum, ergo Sol primæ horæ dominium obtinet, ita, vt sex regnent Planetæ ante meridiem totidemq; post meridiem, procedendum secundum Planetarum ordinem. Vt di e Solis: ☉ ♀. ☿. ☾. ♄. ♃. ♂. Quando verò numerus 24 horarum est completus reuertendum est ad primam horam diei immediatè sequentis. Calculationes horarum prædictarum in ortu Solis initium sumunt & circa hoc breuis potest asignare tabula in qua initium ducemus à die Sabbatti, quia Saturnus sublimior est omnium Planetarum. Præterea notare conuenit quod die Sabbatti ante meridiem ♄. ♃. ♂. ☉. ♀. ☿. dominium sex horarum sibi vendicant æqualium siue inequalium post meridiem verò alij sex sequentes ☾. scilicet ♄ ♃ ♂ ☉ ♀ dominantur vsq; ad principium noctis & à principio noctis vsq; ad mediam noctem alij sex Planetæ per ordinem, & à media nocte vsq; ad ortum Solis diei sequentis, alij sex Planetæ per ordinem sequentes, & 25 Planeta sequens est principium diei sequentis dominusq; horæ, vt patet in tabula immediatè sequente,

Horæ. Dominus

Tabula Planetarum Horaria.

Horæ diei.	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14
[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	☾
[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	♂
[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	☿
[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	♃
[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	♀
[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	☾	♄
[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	♂	☉

Horæ Dominus

[illegible] læ mo- [illegible] ignum [illegible] primā [illegible] uius ſi- [illegible] quod- [illegible] ouenas [illegible] ni con- [illegible] icet 20. [illegible] r, ipſiq; [illegible] ominus [illegible] iitatem [illegible] nen ho- [illegible] luis ho- [illegible] peragrat, vel do- mum res quæſita fortificatur ſine fortitudo ipſa ad malū ſiue ad bonum declinet. Exemplo verò res erit clarior. Si aliquis igitur illorū eſſet in domo mortis & queſtione facta de morte validum eſſet iudicium mortis & fortitudo domini horæ poteſt eſſe ſicut fortitudo domini aſcendentis. *Sequitur Tabula.*

Tabula V. Dignitatum fortitudinumúe essentialium 7. Planetarum.

5 Signa Zodiaci	Dominatores Domorum sive partium signiferi.		4 Exaltatio	3 Triplicitates Planetarum		Secundum Ptolomæum		2 Termini sive fines Planetarum In signifero autoritate Ptolomæi Egyptiaci appellati.											1 Facies Planetarum							Detrimentum	Casus Planetæ
				D.	N.	P.		G		G		G		G		G		G	G		G		G		G		
♈	♂	D.	☉	☉	♃	♂		0	♃	6	♀	12	☿	20	♂	25	♄	30	0	♂	10	☉	20	♀	30	♀	♄
♉	♀	N.	☾	☾	♀	♄		0	♀	8	☿	14	♃	22	♄	27	♂	30	0	☿	10	☽	20	♄	30	♂	
♊	☿	D	☊	♄	☿	♃		0	☿	6	♃	12	♀	17	♂	24	♄	30	0	♃	10	♂	20	☉	30	♃	
♋	☽	D. N.	♃	♂	♂	♀	☽	0	♂	7	♀	13	☿	19	♃	26	♄	30	0	♀	10	☿	20	☽	30	♄	♂
♌	☉	D. N.	0	☉	♃	♂		0	♃	6	♀	11	♄	18	☿	24	♂	30	0	♄	10	♃	20	♂	30	♄	
♍	☿	N	☿	☽	♀	♄		0	☿	7	♀	17	♃	21	♂	28	♄	30	0	☉	10	♀	20	☿	30	♃	♀
♎	♀	D.	♄	♄	☿	♃		0	♄	6	☿	14	♃	21	♀	28	♂	30	0	☽	10	♄	20	♃	30	♂	☉
♏	♂	N.	0	♂	♂	♀	☽	0	♂	7	♀	11	☿	19	♃	24	♄	30	0	♂	10	☉	20	♀	30	♀	☽
♐	♃	D.	☋	☉	♃	♂		0	♃	12	♀	17	☿	21	♄	26	♂	30	0	☿	10	☽	20	♄	30	☿	
♑	♄	N.	♂	☽	♀	♄		0	☿	7	♃	14	♀	22	♄	26	♂	30	0	♃	10	♂	20	☉	30	☽	♃
♒	♄	D.	0	♄	☿	♃		0	☿	7	♀	13	♃	20	♂	25	♄	30	0	♀	10	☿	20	☽	30	☉	
♓	♃	N.	♃	♂	♂	♀	☽	0	♀	12	♃	16	☿	19	♂	28	♄	30	0	♄	10	♃	20	♂	30	☿	☿

Cum Planeta in nulla harum V. dignitatum fuerit essentialium peregrinus dicitur.

termino ſuo exiſtente, maius habet poſſe in illo ſigno quam dominus domus exaltationis exiſtentis in locis peregrinis.

Vltima eſſentialis dignitas dicitur facies, eſtq; omnium de-
bilissim
nique co
exiſtenti
ſuccedar
cis dicta

Facies.

Quin
examin
dicuntu
itaque h
nox in
hora illa
adepta
ſuum, et
gnent P
cedendu
♀. ☿.
comple
tè ſeque
Solis in
bula in
ſublimio
quod di
nium ſe
poſt me
domina
vſq; ad n
dia nocte vſq; ad ortum Solis diei ſequentis, alij ſex Planetæ per ordinem ſequentes, & 25 Planeta ſequens eſt principium diei ſequentis dominuſq; horæ, vt patet in tabula immediatè ſequente,

Horæ.
Dominus

Tabula

Tabula Planetarum Horaria.

	Horæ diei.	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12		
	Horæ noctis	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24			13	14
1	D.Sabbati.	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☾	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☾
2	D.Solis.	☉	♀	☿	☾	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☾	♄	♃	♂
3	D.Lunæ.	☾	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☾	♄	♃	♂	☉	♀	☿
4	D.Martis.	♂	☉	♀	☿	☾	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☾	♄	♃
5	D.Mercurij.	☿	☾	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☾	♄	♃	♂	☉	♀
6	D.Iouis.	♃	♂	☉	♀	☿	☾	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☾	♄
7	D.Veneris.	♀	☿	☾	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☾	♄	♃	♂	☉

Horæ Dominus

Domino patefacto, dominationes nouenarũ per tabulæ modum nunc anectemus. Notare itaq; conuenit quod ſignum quodlibet nouẽ habet nouenas, ex quibus Mars habet primã nouenam Arietis. Venus ſecundam & ſic deniceps. Huius ſigni diuiſionem in nouenas à ſapientibus iudis defluxit quodlibet enim ſignum diuiſerunt in nouem partes, quas nouenas dixerunt, eo quod quodlibet nouam partem vnius ſigni contineat, tres ſcilicet gradus & etiam partem vnius videlicet 20. minuta. Prima itaq; Arietis nouena Marti tribuitur, ipſiq; dominatur, ſecunda verò Veneri & ſic deniceps. Dominus autem nouenæ ſimilis eſt domino horæ vnamq; dignitatem eſſentialem minus principatem obtinet. Dominus tamen horæ in fortitudine Domino nouenæ præfertur. Si aliquis horum aſcendentem vel angulum aliquem peragrat, vel domum res quæſita fortificatur ſiue fortitudo ipſa ad malũ ſiue ad bonum declinet. Exemplo verò res erit clarior. Si aliquis igitur illorũ eſſet in domo mortis & queſtione facta de morte validum eſſet iudicium mortis & fortitudo domini horæ poteſt eſſe ſicut fortitudo domini aſcendentis, *Sequitur Tabula.*

Tabula Nouenarum.

Gradus	0	3	6	10	13	16	20	23	26	30
Minuta	0	20	40	0	20	40	0	20	40	0
♈ ♌ ♐	♂	♀	☿	☽	☉	☿	♀	♂	♃	
♑ ♉ ♍	♄	♄	♃	♂	♀	☿	☽	☉	☿	
♎ ♒ ♊	♀	♂	♃	♄	♄	♃	♂	♀	☿	
♋ ♏ ♓	☽	☉	☿	♀	♂	♃	♄	♄	♃	

CAPVT. XIII.

De varijs Planetarum fortitudinibus ſiue debilitatibus, deq́; proprietatum rerum naturalium cauſa, corporum cœleſtium influentia admirabili, anq́; ſydera ſint animata.

LIcet motus cœli ſit circularis, & infatigabilis ſemper & idem ſe habens, Aſtra tamen erratica ratione congreſſus cum cæteris ſtellis in diuerſis cæli partibus ſecundum effectum eorum aut variantur aut debilitantur. Aſtra itaque ſunt caloris effectiua, communi luminis virtute, propria autem vi alios obtinent effectus. Eſt enim eorum altera vis ſiccare, humectare infrigidareq́;. Inter quæ Solem magis calefacere, iuſſu DEI, manifeſtum eſt, luminis ſui reflectione & omne Aſtrum ab eo lumen ſuum receptat. Quoniam omne Aſtrum fit lucidius, quàm ſui natura eſſe poſsit. Eſt quoque Sol omnium ſtellarum maximè lucidius. Eſt enim primum eius generis, cau-

ſaq́ posteriorum. Aſtra itaq́ proprium lumen ſunt habentia, fragile tamen: quod Luna Eclipſata, experientia videmus. Vires itaq́ ſtellarum ſicut & debilitates accidentales multis ſumuntur modis.

Primus eſt cum ſtella ſiue Planeta ſit in angulo vel in ſuccedente vel quod aſpiciat aſcendens, ſecundus eſt quando Planeta in quadam ſua exiſtit dignitate vt, puta ſui gaudij: vt verbi gratiæ Mercurius gaudet in aſcendente, Luna in tertia domo ab aſcendente, Venus in quinta, Mars in ſexta, Sol in nona, Iupiter in vndecima, Saturnus in duodecima. Alter modus gaudendi eſt quando Planeta aliqua in ſua exiſtit triplicitate, vt Sol & Mars in triplicitate ignea gaudent, Luna gaudet in triplicitate aquea, Iupiter & Venus in aërea, Saturnus verò in triplicitate terrea. Gaudent etiam Planetæ in domicilio amici exiſtentes, verbi gratia ponatur quod Iupiter ſit in Tauro qui eſt domus Veneris, gaudet in ea quia eſt domus amicæ ſuæ, & ſic deniceps. Eſt & alter modus gaudij Planetarum eſſentialis dicta, eſtq́ quando Planeta ſit in altera domorum ſuarum, vt Saturnus gaudet in Aquario, Iupiter in Sagittario, Mars in Scorpione, Venus in Tauro, Mercurius in Virgine, Mercurius etiam gaudet cum fuerit orientalis in ſigno Geminorum. Etiam gaudet cum fuerit occidentalis in ſigno Virginis. Rurſus gaudet cum fuerit ſub radijs Solis non combuſtus. Combuſtio enim vocatur quando Planeta à Sole plus minutis 16 diſtat, minus verò medietate ſui orbis, alij volunt combuſtionem fieri cum Planeta eſt in radijs Solis ad ſextum gradum ante vel retro Solem, ſed dicitur eſſe ſub radijs poſt ſex gradus vſq́ in quindecimum vel ante vel poſt, & poſt ſex gradus euadit combuſtionem. Reſtat & alias modus gaudendi vt Planetæ diurni gaudent quando ſunt orientales à Sole, nocturni verò è contra. Similiter Planeta maſculini & diurni gaudent in parte cœli maſculina, feminini in fæminina Mercurius omnibus eſt conuertibilis. Tertius modus

fortitudinum accidentalium est cum Planeta sit directus & velox in cursu suo. Quartus cum liber sit ab omni malo & inimico aspectu aut coniunctione. Quintus quando Planeta est in loco concernente ascendens & non in descensu scilicet in opposito suæ exaltationis, & non applicetur Planetæ stanti in suo descensu. Sextus modus est quando Planeta est receptus. Receptio verò duplex est maior & minor, maior est quando vnus Planeta iungitur alteri per corpus, aut per aspectum, aut per applicationem, & vnus eorum est in domo alterius vel in exaltatione quæ sunt maiores dignitates essentiales, tunc ille cuius est domus vel exaltatio recipit alio quasi in hospitio suo, hæcq; receptio optima est atq; perfectissima. Nam vbicumq; eiusmodi incidit receptio necessarium est (secundum nostrum iudicium) vt res fiat vel significatio boni significantis, & si aliunde malum erat præsagium diminuit illud aut omnino deletur. Receptio minor est dum vnus eorum qui se aspiciunt inuicem, est in aliqua minorum dignitatum essentialium, vtputa in triplicitate, termino aut facie. Septimus modus est quando Planetæ masculini, verbi gratia: Saturnus Iupiter & Mars sunt orientales, tunc enim fortiores existunt. Et Planetæ fœminini, vtputa Venus Mercurius & Luna sunt occidentales. Octauus modus est quando Planetæ masculini sunt supra terram de die, & in signo quadraq; cœli masculina, de nocte verò sub terra & in signo fœminino. Nonus est quando Planeta est manetq; in signo fixo. Decimus est quando est cum Sole in eodem gradu, infra 16 minuta. Imo per omnem aspectum Planetarum ad Solem quiuis quidem Planeta fortificatur, sed non semper augetur eorum ad bonum influentia, sed irritatur aliquando, vtpote quarto oppositoq; aspectu.

Quando sic Planetæ fortificantur bonum semper moliuntur, maleficorum reprimitur malitia, & sic intelligi velim de reliquis dignitatibus, de domo, scilicet, exaltatione, &c.

Nec

Nec potui ſilentio præterire, quod Planetarum fortitudo quatuor fit modis principalioribus, ex quorum mutua habitudine ipſa fortitudo augetur vel minuitur, videlicet coniūctione, ſeparatione, aſpectu & acceſſu ſiue applicatione. Debilitates verò Planetarum ex contrarijs ſententijs prudens Aſtrologus facillimè colliget. Remotu enim vno contrariorum, alterum ſequi neceſſe eſt. Quia verò multa de Planetis iam narrata ſunt, eorum diuiſionem hic anectere non inutilè erit.

Planetarum prima diuiſio.

Prima itaq; Planetarum diuiſio à qualitatibus recte ſumitur: vt

♄ Frigidus & ſiccus, terreus & melancholicus.
♃ Temperatus, calidus & humidus, aëreus & ſanguineus.
♂ Calidus & ſiccus, igneus, cholericus.
☉ Calidus & ſiccus, cholericus cum temperamento.
♀ Frigida & humida, Phlegmatica cum temperamēto.
☿ Verſadilis, nūc ſiccus, nunc humidus, melācholicus.
☾ Frigida & humida, aquea & Phlegmatica.

Planetarum ſecunda diuiſio.

Maſculini, ♄, ♃, ♂, ☉, Fœminini ♀ & Luna, promiſcui generis tantum ☿.

Diurni ☉, ♃, ♄, Nocturni, ♀, ☾, ♂, dubius eſt ☿.

Planetæ alij Boni ſunt ſiue fortunati, ♃, ♀. Mali ſeu infortunati ♄ & ♂. Mediocres ☉, ♀, ☾.

Tertia. Quarta

Quinque ſunt Planetarum dignitates eſſentiales (de quibus poſtea) domus ſcilicet, exaltatio, triplicitas, terminus, facies.

Quinta.

Quinque ſunt dignitates Planetarum accidentales, & contra. Directus eſt Planeta cum mouetur ſecundum ſignorum ſeriem 2. Retrogradus eſt quando in antecedentia mouetur 3. ſtationarius eſt, cum ſtare videtur, & nulla motus fit variatio aliquot diebus. 4. velox dicitur, cum ſecundum ſignorum ſeriem motus verus motu medio eſt velocior.

5. Tardus dicitur, cùm aut retrogradus est, aut motus verus tardior est medio motu.

Tabella mediorum motuum.

	G.	M.	S.
♄	0.	2.	1.
♃	0.	4.	59
♂	0.	31.	27
☉	0.	59.	8.
♀	0.	59.	8.
☿	0.	59.	8.
☾	13	10.	36.

Accidentia Planetarum ratione aspectuum.

☌ Est quando duo vel plures Planetæ in eodem signo, gradu, & minuto vniuntur.
Hæc est duplex.
Partilis quæ requirit eiusdem signi gradum & minutum.
Platica quæ fit intra orbis medietatem.

⚹ Sextilis 2. sig. vel 60. est graduum.
□ Quadratus 3. S. vel 90. Gr.
△ Trigonus 4. S. vel 120. Gr.
☍ Oppositus 6. S vel 180 G.
Hi aspectus sunt duplices.
Dextri, sunt contra signorum seriem.
Sinistri secundum seriem signorum.
Horum quoque alij sunt signorum partiles, alij platici.

Horum

Horum aſpectuum aliȷ ſunt.
- Boni ſeu beneuoli ⚹ & △ magis △.
- Malefici □ & ☍ magis ☍.
- Perfectæ namq; inimicitiæ ☍.

Applicatio ad ☌ ſiue aſpectum dicitur, quando Planeta inferior accidit ad ſuperiorem, ita vt ſe contingant orbes vtriuſq;.

Separatio à ☌ ſiuè aſpectu eſt quando Planeta inferior à ſuperiore receſsit per quantitatem orbis ſui, ita vt ſe adhuc orbes vtriuſq; contingant.

Orbis		continet.		Poſt & ante.
	♄		9	
	♃		9	
	♂		8	
	☉		15	
	♀		7	
	☿		7	
	☽		12	

Accidentia Planetarum ratione Solis.

Combuſtus dicitur Planeta, cum à ☉ plus minutis 16. diſtat, minus verò medietate ſui orbis.

In corde Solis eſſe dicitur, cum Soli proximus fuerit infra 16: minuta ante vel poſt.

Sub radȷs verſatur Planeta, cuius intra 15. G. ante vel poſt ☉ fuerit.

Orientalis dicitur, cum Planeta matutino tempore ante ☉ ortum ſupra terram apparet.

Occidentalis eſt, cum veſperi poſt ☉ occaſum ſupra terram conſpicitur.

Auctus lumine dicitur, dum à ☉ vel ab eo recedit ☉ minutus lumine, cum ad ☉ vel ☉ ad eum accedit.

Debilitates Planetarum unde petendæ diximus sed hic breuiter.

Peregrinus est Planeta, cum in loco in quo est, nullam habet dignitatem.

In detrimento siue exilio est, cum est in signo, quod domui suæ opponitur.

In casu est Planeta, cùm est in signo quod exaltationi opponitur.

Reliqua petenda sunt ex Ptolomæo, Pontano, & alijs scriptoribus Astrologicis. Attamen hic scire conuenit, quod secundum combinationes quatuor qualitatum primarum quatuor etiam esse ipsarum qualitatum primarum Planetas generatiuos & conseruatiuos. Nam quidquid sub Sphæra actiuorum & passiuorum sit, passiuè se habet ad actiuam stellarum virtutem quæ natura nobilior siue suprema dicitur à Philosophis. Est igitur combinatio passibilis calidi cum humido, calidi cum sicco, frigidi cum humido, frigidi cum sicco. Non est autem passibilis combinatio, calidi cum frigido, & humidi cum sicco; repugnante natura contrarie-
" tatis. Contrariæ enim qualitates non in se mutuo transeunt,
" (inquit Aristoteles) neq; enim calor abit in frigus, neque hu-
" mor in siccitatem, aut contra, sed ipsum duntaxat corpus sub-
" iectum mutationem subire constat, contrariæ igitur potius se
" mutuo expellunt hæc ille: Harum autem combinationum duæ bipartitæ sunt, scilicet, frigidi cum humido & calidi cum sicco. Potest enim frigidum combinari cum humido simplici & humido mixtorum.

Primam combinationē regit ☾, secundam ♀. Notare enim opere pretiū est, quod humidū simplex humidū elementorū, humidum verò mixtum siue complexionale, mixtorum corporū appellamus. Hinc ♀ frigidā & humidam diximus cum temperamento, quod debita proportione primarum qualitatum refractum sit intensius ac remissius, & sic de reliquis qualitatibus indicabis. Quod si ritè fiat relinquitur tantum

esse 7 Planetas huic mundo sensibili persistentes, & virtutem gubernatricem ipsius proximè habentes. Itaq; animantium, stirpium, lapidum & metallorum omnium quæcunq; & fuerunt & esse possunt forma vna stellarum forma potestate comprehendit, & innumerabilibus cœlum quasi grauidatum formis omnia gignit & fundit ex sese: vna illius vis & facultas præse fert omnium caducorum vires, quæ vel olim comparuerunt, vel posthac comparebunt. Has autem vector mundi spiritus, cœlo in totam vniuersitatem diffusus rebus omnibus impertit, simul & formam & natiuum vitalemq; calorem gignendis illis ac conseruandis accomodatum. Quia verò hunc non medici solum verum etiam Philosophi vbiq; intonant, perutile erit & materiæ nostræ condignum eius partes gradatim recensere.

De Planetis & stellis conclusio.

Calor igitur naturalis triplex est, cœlestis, æthereus, sublunaris: quibus & opera certa pari distincta proportione conueniunt. Hoc modo, infima proportio caloris gradum vnum continet materiæ seminis corpus, in quo exuperant aquæ & aëris elementa, iustis proportionum legibus temperata. Gradus verò carpento spiritus propriori constituto inrorulenta seminis, vel secundùm Aristotelem spumosa substantia: cui præter quantitatis proportionem accedit & simmetria qualitatum, siue syndromæ. Tertius gradus spiritus est sacer, cuius principia tria ex vniuersa, ac rationum differentiæ tres respondent singuli sui calores velut actus proprij.

Operum dignitates infimæ.

Primus est calor cœlestis cui respondent operum dignitates. Diuini Characterismis similitudines (scilicet) omnium ac dissimilitudines nosse vel in ipso semine, proportiones rerum mistarum inuenire in similaribus, partes organicas formare, & motum scire æquabilem qui ab Hippocrate solis motui comparatur. Sol enim quanquam abest longissimè, aduersis tamen corporibus lumen virtutemq; sic impertit, vt niteant splendeantq; illa fulgoribus: sed aliter aqua, aliter lapis, aliter lignum, aliter argentum &c.

Operum dignitates medicæ.

Secundus

Secundus est ex æthere, spiritus æthereus mediæ conditionis huicque respondent operum dignitates mediæ conditionis, vt pote conseruare, durationem præstare, cogere & hemogenea & hetrogenea & mouere à circunferentia ad centrum.

Tertius est elementaris è sub Lunaribus locis corruptilis, & huic respondent operum dignitates infimæ notæ, vt puta, vrere siccare, separare hetrogenea & hemogenea congregare, incitare denique ad circumferentiam.

Infimæ.

Suprema operum proprietas consistit in intellectu communi qui gradus animi complectitur, quibus consistit totius compositi summa perfectio. Quod ad gradus animæ vestigiodatus attinet, Academici lucidum quoddam, & cœleste indolum animæ fabricarunt, quodtamen reuera idem est cum spiritus portione cælesti.

Tres animæ & caloris innati circuitus.

Ergo vti ex decreto Hippocratis constat, in isto calore natiuo, alia ipsarum facultarum energeia vel conseruatio est à subiecto fomitè, quem seminis spumã aut rorem primogenium dicimus, alia verò à motione, siuè circuitu triplici nunc intrò, nunc foràs, nunc in vtramuis partem æquabiliter incitatò, sic in cœlestibus corporibus, vires partim à motu, partim à lucis substantia proficiscuntur.

Sicque vis cælitus demissa omnibus quidem est vitalis, sed ita vt aliis tantum hoc largiatur vt sint, aliis vt animam insuper habeant, idque aut nutrientem, aut sentientem, aut mentis compotem: non enim vno modo ab omnibus illa, suscipitur. Sed & hoc velim postremò intelligi, ne illam quidem ipsam vim sui semper similem esse, aut vno se semper modo rebus exhibere: sed alias aliter pro stellarum statù multiformi, quarum commixtio implexioque plerumque euariat, tam etsi vectoris spiritus vna est & impermutabilis substantia. *Fieri igitur* non potest quod quidam interpretatur, mundi spiritum vitam statumque rebus omnibus sic impertire, vt ne minimam quidem Astrorum opem desideret. Hoc si est, cur quæso

Themist. de anima Cap. 24.

non

non similia & similiter perpetuo generet, quum semper æquè presens rebus adsit?

Sed occurrit hoc in loco dubitatio, vel potius controuersia quæ multos quam diutissimè torsit. An scilicet corpora cœlestia syderaue spiritus sint sine animata. Dubitarem ego certè cum reliquis, si per hanc controuersiam liceret, quoniam verò philosophiæ gratia nihil obmittendum, sed audendum potius est aliquid, prouinciam maiorem, scio, viribus meis suscipio.

Itaq; de animatione cœlestium corporum locuturus controuersiam atq; varias Philosophorũ sententias paulò altius repetam, vt postea eam quæ veritati Theologicæ magis erit consentanea, facilius dicere possim.

Plato igitur causam mundi statuens, ait: volens itaq; *DEVS* omnium quæ intelligi possunt pulcherrimo & vndiq; absolutissimo mundum hunc simillimum reddere, animal vnum ipsum effecit aspectus subiectum, animalia cuncta naturæ suæ conuenientia intra suo limites continens. *In Timæo* „ „ „

Quum igitur æternus *DEVS*, theatrum hoc mirificum condidisset, mundi æternam animam illi extrinsecus circumdedit, & à medio per omne porrexit: deinde absolutu pulcherrima mundi fabrica, rationum quædam semina illi indidit, & vitæ exordium diuinitùs induxit, vt cum mundo vim quoq; procreatricem gigneret. Duo illa enim *DEVM* ita condidisse Plato commemorat: dicamus quam ob causam hanc vniuersitatem, & procreationem rerum constituerit is qui constituit. Nempe bonus erat, & bonum nulla vnquam tangit inuidentia. *In Timæo* „ „

Salomon etiam Solem nominat spiritum, & sumpserunt nonnulli, Solem & stellas esse spiritus, non dico habere spiritum. At diuus Paulus refutat hanc opinionem, appellans Solem, Lunam, & stellas corpora cœlestia, terrestria verò arbores & reliqua vegetabilia; non sine ratione vt nonnulli pu- *In Ecclesiasticis* *Epistola 1. ad Co. Cap. 13.*

tant)tantum aliqua,Sol nominari poteſt ſpiritus propter eius ſubtilitatem: quoniam nomen ſpiritus imponitur ad ſignificandam ſubtilitatem alicuius naturæ. Aër enim & ventus dicuntur ſpiritus ex ſcripturis ſacris, & etiam apud Phyſicos ſubtiliores vapores per quos diffunduntur virtutes animæ in partes corporis dicuntur ſpiritus.

1.part.& queſtio. 60.art.3.

Alij veró quos nominat Thomas Aquinus: ex hoc dicto Salomonis ſenſerunt Solem & Lunam atq; ſydera eſſe animata, vt Origenes & Plato etiam, alio loco,vnde procreatricem vim *DEVS* influere tradidit,ſpargens in mundi corpus maximeq; in cœlum,ſemina quædam rationum & vim gignendarum rerum, per quam ſe mundus impleret animalibus,ſtirpibus alijſq; rebus ſublunaribus, pro idearum multitudine quæ ſunt in mente diuina,fieretq;. Hic mundus exemplaris illius quam ſimillimus, hæc Hieronymus dictum Salomonis exponens confirmat; Baſilius verò & Damaſcenus ſunt contrariæ opinionis, intelligentes nomine ſpiritus animæue non ipſum ſolem ſed animam cœli vel naturam angelicam præſidentem eſſe Soli.

2.Gene.

Auguſtinus ad literam in neutram partem declinans ſub dubio reliquit,ideo teneat, qui capere hæc non poteſt, quod ſibi magis placet,modo non neget cœlos, Solem & Lunam eſſe corporea.

Thomas verò Aquinus volens hanc ſedare controuer-
» ſiam,huiuſmodi diſtinctione procedit, ſydera inquit cæteraq;
» cœleſtia corpora eſſe animata ſiue animantia bifariam intel-
» ligi poteſt aut vniuocè:hoc eſt anima informante quæ ſit cor-
» poris forma,quales ſunt animantium animæ. Et hoc modo
» videtur intelligi prima opinio. Aut æquiuocè, hoc eſt anima aſsiſtente vel præſidente, quæ corpori vnitur tanquam mouens mobili,vt rotæ & mouetur vnitur cui præſidet figu-

gulus

gulus Basilius, & Damascenus non reprehendunt eos qui iuxta posteriorem intellectum credunt Astra esse animata siue animalia, vt verisimilè est sensisse Philonem atq; Hieronymum, forte etiam Origenem, sed eos duntaxat refellunt qui stellas animatas & sydera esse animalia iuxta priorem intelligendi modum. „

Ego vero cum Platone sentio cum vniuersum opifex con-" stituisset DEVS, Astri parem numerum animarum, singu-" lis singulas, ijsq; tanquam vehiculo impositis monstrasse vniuersi naturam & leges fatales edixisse. Hæc vir de DEO, de Archetypo mundo, & de mundi creatione subtiliter & accuratè disseruit, æternumq; illum DEVM alloqutum fuisse mundum, stellas, dæmonas, quos Deorum Deos, quasi deorum fatu prognatos appellat, quum illis generandi vim con- „ cederet Dij Deorum, quorum ego opifex & pater sum, hæc „ attendite. Quæ à me facta sunt, me ita volente, soluentur „ nunquam. Quanquam omne colligatum solui potest, est „ tamen certè mali, velle dissoluere quod conuenienti & bona „ cohæret harmonia. Quare cum orti sitis, immortales certè „ quidem ex toto non estis, nec indissolubiles, nec tamen vn- „ quam disoluemini, nec mortis fatum subibitis. Nam mea vo- „ luntas maius potentiúsq; vobis est vinculum, ad perpetuita- „ tem vestram, quàm illa quibus estis tum cùm gignebamini, „ colligati. Nunc quid sentiam cognoscite. Tria adhuc gene- „ ra mortalium nobis generanda restant: quibus prætermissis „ cœli absolutio perfecta non erit. Omnia enim animantium „ genera ambitu suo non continebit, contineat autem opor- „ tet siquidem futurus est mundus omnino perfectus. At „ si hæc à me vno fiant, vitaq; donentur, pari erunt cum „ Dijs conditione. Ergo vt mortalia sint, accedite & „ suscipite vos secundum naturam animantium procrea „ tionem, meam vim imitati, qua in vestro ortu sum vsus. „

In Timæo

Atq; in ijs quidem quidquid eiusmodi est, vt & eodem cum immortalibus appelletur nomine,& diuinũ vocetur, & principatum in ipsis teneat & ex eorum genere sit quæ perpetuò iustitiam ac vos consectari velint: eius ego vobis semen ac initium tradam,vos quod reliquum est mortale cum immortali contexentes, facitè ac generatè animantia, eadem cibum suppeditantes augete, & in tereuntia rursus excipite.

Bone DEVS quam vim esse putabimus eorum verborum quæ ille Archetypus & rerum conditor, tum cœlis,tum vniuersæ mundi naturæ indixit: Ego vobis semen & initium tradam.

Ex his intelligi potest, Platonicos finitimam his Theologis doctrinam habuisse. Hinc olim dicit solet,Platonicos paucis mutatos Christianos fieri.

Sit igitur animatus Sol & Astra,lustrent & circumdent & circumspiciant vniuersa,per circulum pergens spiritibus suis, & per quandam virtutem naturæ quæ omnia inuisibiliter nutriant,vegetant, & vnum quodque ad certum finem legitimum perducant. Hæc pertinent ad exellentiam Solis reliquarumq; stellarum. Mitto alia quæ ad hancrem adferre possem,si temporis occasio sineret.

CAPVT. XIIII.

De natura secunda siue causis passibilibus deq; naturæ præcriptis.

Naturæ descriptionem quæ in causis agentibus, Solis, Lunæ & stellarum tum fixarum tum erronum consistit,satis iam persecuti sumus. Restat igitur vt de naturæ passibilis descriptione pauca etiam aperiamus.

Scire

Scire itaq; opere pretium est quod in rebus gignendis aliquid subijci necesse est in quo seruato ac superstite fiat rerum naturalium conuersio, omnis enim quæ gignitur substantia ex quodam gignitur fitq; subiecto: quemadmodum ex aqua fit aër, stirpes & animalia ex semine, nec quicquam fit ex nihilo. Iam quid factum est ex natura actiua & passiua constat, hæc forma illa verò materies appellatur, forma perit accedente altera, priuationemq; tollente: materia autem eadem permansit: quæ hanc subiecta atq; substrata exciperet. Nam dum aliquid gignitur, eius solam formam nasci & emergere dicimus, dum occidit & extinguitur eandem occumbere, materiam autem omnibus rebus communem perpetuò manere. Si enim hæc interiret, communis omnium rerum moles, iam dudum absorpta esset, nec ipse mundus stare posset.

Natura duplex.

Sic Aristotele materia sola patibilis est, idq; dupliciter, subiectum enim id corpus ex quo procreatione quiddam nascitur aut emergit, aut est omnino simplex aut compositum, simplex respectu naturæ ingenitæ mistæq; simplicis, vt qualitas prima, secunda, tertia. Prima verò qualitas quatuor complectitur differentias calidum scilicet humidum, frigidum & siccum. Calidũ est, quod congregat homogenia, & heterogenia seiungit, vt ignis (quemadmodum aurum) congregat ea quæ sunt eiusdem tribus atq; cognationis, & quæ alienigmæ sunt naturæ separat. Frigidum, quod & congenea & heterogenea conuenit & congregat. Humidum inderminatum termino proprio bene terminabile alio. Siccum bene terminatum termino proprio, & malè alieno. Et hæ sunt qualitates primæ. Nam illa dicuntur prima, quæ non constant ex prioribus, vel ex se inuicem, siue ex alterutris.

Prima qualitas.

Frigidum

Humidum.

Siccum

Octo harum qualitatum statuuntur differentiæ, vt calidum, frigidum, humidum & siccum, dicunturq; hæ simplices, totidem sunt compositæ, vt calidum & siccum calidum & humidum, frigidum & siccum frigidum & humidum. Sic ca-

Octo contrarium qualitatum differentiæ.

calidum & ſiccum combinantur & conſtituunt ignem, calidum & humidum aërem, humidũ & frigidum aquam. Frigidum verò & ſiccum terram cauſant. Aliæ autem qualitates licet combinari videntur nihil tamen conſtituunt ſicut calidum & frigidum, humidum & ſiccum.

Qualitas nulla prima & per ſe agit.

Nulla verò qualitas, primum & per ſe poteſt agere, ſed omnis actio ad compotem ſubſtantiæ formam attinet, quæ principium quoddam eſt efficiens. Demonſtratur autem ab Ariſtotele, è quatuor primis qualitatibus, duas, calorem nempe & frigus agere ob idq; efficientes appellari: duas verò hnmorem atq; ſiccitatem pati, idcirco patibiles dici. Sic & de primordijs naturæ, ignis & aër tanquam cauſæ efficiunt, aqua & terra patiuntur vt materia.

Lib. 2. de genera. Cap. 2. Cap. 1. Lib. 3. de tempe. & Lib. 1. de fac. nat. 3

Actio autem aëris & ignis accidentaliter intelligi debet vt dictum eſt. Galenus inter qualitates aut facultates ſolum calorem & frigus eſſe effectiuas, non ergo humidum aut ſiccum agit? Quare non erit humidum aut ſiccum actiuum ſed dico omnes qualitates reſpectu corporis eſſe actiuas ſed diuerſitate aliqua, aut ſecundum magis & minus, quia calidum & humidum intentius agunt: humidum & ſiccum remiſsius. Hocq; modo intelligendus eſt locus Galeni, vbi ſcribit ſiccitatem atq; humiditatem agere. Sed reſpectu cœli omnes qualitates patibiles exiſtunt hæc de ſubiecto ſiue corpore ſimplici, in mixtis enim compoſitis nulla qualitas pura exiſtit, ſed mutuo concurſu vires earum frauguntur.

Lib. 3. Metho. & lib. de ſang. miſſione.

Primus gradus. Secundus gradus. Tertius gradus. Quartus gradus.

Has denique qualitates medici in gradus quoſdam diuiſerunt. Primus gradus, quod non admodum ſenſibiliter calidum eſt primuſq; receſſus à temperato: quod ſi gradus ille magis fiat ſenſibilis, aut eſt ſine læſione aut cum læſione: ſi ſine læſione eſt ſecundus gradus: ſi ſenſibiliter & cum læſione: vel læſio eſt corruptiua vel non corruptiua: ſi non corruptiua dicitur tertius gradus: ſi corruptiua, appellatur hic receſſus quartus gradus. Et hi rurſum gradus vel intenſè vel remiſſè vel medio modo agere dicuntur.

Ex

Ex his contrarietatibus tangibilium qualitatum, ſumuntur qualitatum ſecundarum ſeptem differentiæ, ſcilicet, calidum, humidum, frigidum & ſiccum, leue & graue, durum molle, lubricum & aridum, aſperum & lene, craſſum & ſubtile: quæ ſic reducuntur. Nam frigidum cauſat graue, calidum autem lene: ſiccum cauſat durum, humidum molle atq; lubricum: ſiccum cauſat aridum & aſperum & craſſum, humidum verò ſubtile. Conſtat igitur, quomodo omnes qualitates ſecundæ cauſantur à primis, & ad ipſas reducuntur.

Septem contrariarum qualitatum differentiæ.

Tertia qualitatum differentia à tota ſubſtantia proficiſcitur, & Galeno latiſsimè patet, ad multaq; pertinet quandoquidem alimentum nos alere, medicamentum expurgare, deleterea medicamenta & venenata omnia nos enecare. Totius ſubſtantiæ vi docet: rurſumq; alia in renes, alia in veſicam alia in lienem atq; in pulmones vel caput concedere, iiſq; aut ſalutaria eſſe aut deleterea tota ſubſtantia. Hæc licet hoc in loco qualitas à nobis quodammodo vocetur, ideo fit quod quidem illam ex qualitatibus ſecundariis atq; primis ortum ducere putabant, attamen re vera qualitas non eſt, temperamentum enim accidens cum ſit in ſubſtantiarum genere verè conſtitui non poteſt materia quæ rudis & omnis formæ expers intelligitur, ſubſtantia iam eſt ſed infimo & abiectiſsimo ordine excellentiore gradu eſt naturale corpus. Corporis forma in ſubſtantiarum genere prima ac ſumma collocatur. Eius etenim ſumma eſt perfectio, qua tum in rerum natura conſiſtit, tum à cæteris rebus differt. Ab hoc tertia qualitas (ſi ita dici conceſſum eſt) ortum habet, & rectè inter cauſas patibiles numeratur fitq; ſubiectum. Nam aliam elementis aliam concretis corporibus eſſe materiam palam eſt. In illis enim ſola principia: in his vtraq; omnino tum principia tum elementa inſunt. Et ratione cauſæ vniuerſali cœli tum corpora miſta, tum ſimplicia ſublunaria dicuntur cauſæ patibiles. Sim-

Tertia qualitas.

Temperamentum accidens.

Simplicißima est namq; elementorum inter se commutatio sed non ita sese habet in mistis corporibus gignendis, illis enim vnius elementi materia satis esse non potest, sed necesse est quatuor illa suis formis commistione confusa, gignendis rebus idoneum sibi subiectum exhibeant substernamque, sic materiam cunctis DEVS ab elementis aßignauit formam sane cuiq; suam è cœlo proprijs ornatam viribus immisit. Hæc tria facultatum siue qualitatum genera respectu naturæ ingenitæ paßibilia diximus. Sunt & aliæ causæ patibiles, quas petere debemus à natura acquisita ex positione supremi orbis in iuxta longitudinem, latitudinem & alitudinem, aut à centro circum circumferentia, aut iuxta elementorum ad inuicem transmutationem, aëris aut venti, aquæ & terræ. Nam elementa duntaxat in sese soluuntur, & retrò vicißim commeant, & vnumquodq; & alio fit simplici. Hoc verò, quod naturarum alia subiectum, alia in subiecto semper sit. Hæ itaque duæ naturæ certa ratione ac lege cuncta moderantur. Ita quod natura mundi spiritalis, ordinem præcipiendo imponat corporeæ perpetuo circumlatæ cuius orbes seruant succedaneam alterationem ab ipsius lege atq; præceptis impositam, per influentiam latentem à verbo DEI & consequenter generationem corruptionemq;. Atq; ita motibus iugiter succedentibus, illinitur genita coloribus spiritalibus.

Natura duplex.

Naturæ præcepta.

Natura enimuerò cœlestis mouet corpora inferioris composita, elementariaq;, & generabilia ac sensibilia, à concauo ad centrum idq; vniuersa quadem lege cuius præceptis illa tota obediunt. Hæc rursus vniuersæ lex, per essentias supernas, spiritales ac pendentes ab intellectu Architectatrice, perpetuasq; sed & virtute à DEO per verbum eis insita dicitur.

Sed substantiæ hæ motrices simplices sunt, excelsæ constanterq; existentes, quoniam illarum causa est firma vtpote immediata verbo DEI, vnde etiam sunt inalterabiles. Alioquin

lioquin minimæ forent æquales ac rectæ. Itaq; quidquid mouetur huius imperio, id perpetua constantia rectaq; ratione & lege conueniente sustinetur. Nam omnia inferiore hac mundi regione comprehensa animantia stirpes aut metallorum genera peculiari quadam natura constant, cuius præceptis obedire non intermittunt, eamq; semper intuẽdo opus eorum omne dirigunt. Et omnia quasi consensione Domino æternoq; legislatore obtemperent. Hæc de duplici natura, quæ in causis agentibus ac grassibilibus consistit & lege certa moderatur, dicta sufficient. Missa igitur longiore huius rei narratione satis nobis sit breuiter è singulis syncerum quippiam purissimũmq; elicere, in quo vis illa agentium ac patibilium causarum summa insideat.

CAPVT. XV.

De loci proprietate, necessitate ac præstantia. Et de graduum signorumq; varijs conditionibus.

TAnta loci in cunctis est necessitas atq; vtilitas vt Galenus morborum causas ad viuum, & genera descripturus de locis affectis volumen integrum concinnauerit, & diuinum Hippocratem imitatus, quod absq; illorum notitia, languescat quæcunq; reliqua est disputatio, ceu demonstrationum robore ac præsidijs destituta. Dici sanè non potest quantum ad explicandas rerum abditas rationes, ipsamq; interiorum proprietatem occultam pertractandam vnius loci natura & proprietas explorata conducat.

Loci proprietates

Celebratur itaq; fons in Gothia, quo demersa quælibet in substantiam lapidis commutentur, sic vt Fredericus Imperator

Fons mirabilis.

tor teste P. Pomponatio, cum chirotecam sigillo proprio obsignatam eò misisset explorandi gratia, eandem recepit media parte qua fons suspensam attigisset saxeam penitus, media verò coreaceam. Sic alia miracula ratione loci ab autoribus varijs enumerantur penè incredibilia. Habet id locus praetereatvt non solum quid ex quoque fieri posit videamus, & cuius impresionis obiectum sit aliquod capax: sed & agentium rerum vires, & pasibilium suis discretae sedibus atq; temporibus, suis numeris, ordinibus, instrumentis spectatae velut in tabulis cognoscantur. Sic enim loci conditio diuersiatem praestat in constituendis, ac renouandis legibus iuris naturalis, diuini atq; humani sic in stellis, elementis, elementorum qualitatibus, partibus terrae & mistis, corpore humano & arte medica loci proprietas maximè praestat. In aquis medicis quantum ea conferat experientia probatur, contra enim varios affectus, variae prosunt aquae vt contra tertianam Goeppingenses, contra tertianas & quartanas Heylborn contra febres Phlegmaticas Zellerbad, & contra febres diurturnas ex notis & mixtis humoribus Hubenses balneae in Leonstain maximè prosunt &c.

¶ Hanc autem loci proptietatem si ad nostram Astrologicamq; contemplationem referemus: veteres circulum Zodiacum in 12. partes siue loca aequalia diuidere voluerunt & quod libet signum appellauere, obtinens nomen speciale à nomine alicuius animalis, propter proprietatem aliquam conuenientem tam ipsi quam animali. Nomina autem signorum, ordinatio, & numerus in his patent versibus.

Sunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo.
Libraque, Scorpius, arcitenens, caper, amphora, Pisces.

Quodlibet verò signum in 30 gradus diuiditur, iterum quilibet

quilibet gradus diuiditur in 60 minuta; & quodlibet minutum in 60 secunda, & sic deniceps vsque ad decem. Sunt itaque gradus totius Zodiaci 360. attamen non æqualis virtutis, sunt enim in his gradibus quidam masculini & fœminini, tenebrosi, lucidi, fumosi & vacui. Rursus puteales, Azemona & augmẽtantium fortunam, Tenebrosi verò vacui, puteales & quæ dicuntur Azimena gradus sunt debilitatis corporum aut priuationis membrorum aut organorum operum: vt cæcitas, surditas, claudicatio aut quæuis alia membrorum mutilatio, quæ ad finem vsq; vitæ homini inseparabiles sunt. Cum igitur Luna fuerit sub his gradibus aut dominus sit geniture debilitationem aut priuationem membrorum causat vt dictum est. Si verò Dominus geniture sit in domo propria & orientalis à Sole, & in aliquo angulorum cœli, licet sit in gradu Azimena malum eius remittitur, nec tam ferox est vt si Planeta esset occidentalis, masculinus, cadens ab angulo & in eodem gradu Azimena. His ita constitutis patet omnes istos gradus debilis aut malignæ esse influentiæ, conueniunt enim omnes Theologi cœlũ non esse æqualis virtutis nunc sicut in principio creationis rerum. Quia lux solis propter peccatum primi hominis percussa fuit & debilitata. Lucebant enim ante peccatum primi hominis, Septem plus vicibus quam mòdo luceant: Sicq; claritas Lunæ, erat vt nunc est claritas Solis, & veniente iustissimo iudice ad iudicium, recuperabunt Sol & Luna suam claritatem, item omnia sydera eo modo quo fuit in principio creationis rerum. Sæpè etiam in sacra scriptura & in textu Moysi, *DEVS* minatur populo rebelli se daturum cœlum ferreum, hoc est influentias viuentibus non propicias. Itaq; *DEVS* vult hos gradus manere in cœlo ad exercitium & punitionem naturæ. Hoc deniq; notandum est quod idem gradus potest esse Azimena & augmentantis fortunam, vnde accidit vt idem homo sit surdus & claudus tamen opulentus in diuitiis.

Masculini itaq; gradus dicuntur qui fortiores sunt fœmininis, & vir natus sub eis robustioris fortitudinis est quam natus sub fœmininis & Planeta masculinus subsistens sub eis fortioris est influentiæ quam sub fœmineis. Hinc fit quod mulieres sint aliquando fortes & assimilantur viris multis in rebus, suntq; potentes ad labores sustinendos: è contra, aliqui viri sunt debiles & assimilantur omnino mulieribus.

Sequitur Tabula.

Tabula graduum Masculinorum & Fœmininorum.

♈ *Aries.*	0	7	12	16	22	30	0	0	0
♉ *Taurus.*	0	7	19	30	0	0	0	0	0
♊ *Gemini*	0	17	23	30	0	0	0	0	0
♋ *Cancer*	0	2	7	10	12	18	20	27	30
♌ *Leo*	0	5	7	15	26	30	0	0	0
♍ *Virgo*	0	7	22	24	30	0	0	0	0
♎ *Libra*	0	5	10	21	28	30	0	0	0
♏ *Scorpius*	0	4	10	12	19	27	30	0	0
♐ *Sagittarius*	0	2	5	12	23	30	0	0	0
♑ *Capricornus*	0	8	12	19	30	0	0	0	0
♒ *Aquarius*	0	9	12	19	30	0	0	0	0
♓ *Pisces*	0	10	20	23	30	0	0	0	0
	M.	F.	M.	F.	M.	F.	M.	F.	

Alia.

Alia horum graduum diuisio.

Aries	M	8	F	1	M	6	F	7	M	8	0	0
Taurus	F	5	M	6	F	6	M	4	F	3	M	6
Gemini	F	5	M	11	F	6	M	4	F	4	0	0
Cancer	M	2	F	6	M	2	F	2	M	11	F	7
Leo	M	5	F	3	M	7	F	8	M	7	0	0
Virgo	F	8	M	4	F	8	M	10	F	0	0	0
Libra	M	5	F	10	M	5	F	7	M	3	0	0
Scorpius	M	4	F	10	M	3	F	8	M	5	0	0
Sagittarius	M	2	F	3	M	7	F	12	M	6	0	0
Capricornus	M	11	F	8	M	11	F	0	M	0	0	0
Aquarius	M	5	F	10	M	6	F	4	M	2	F	3
Pisces	M	10	F	10	M	3	F	5	M	2	0	0

Lucidi gradus per ſe influunt ad pulchritudinem cuiuſque rei, ſerenitatemq́ temporis moliuntur, gradus verò tenebroſi huic operationi aduerſantur. Vacui gradus opera deſtruunt, quæ enim ſub ijs inchoantur ſunt vacua, maximè ſi almuten figuræ in ijs verſetur, ſitq́ cadens ab angulis.

Sequitur Tabula.

Tabula graduum tenebroſorum, lucidorum, fumoſorum & vacuorum.

Aries	T	3	L	5	T	8	L	4	V	4	L	5	V	1
Taurus	T	3	L	4	V	5	L	3	V	5	L	0	T	2
Gemini	L	4	T	3	L	5	V	4	L	6	T	5	V	3
Cancer	L	12	T	2	V	4	F	2	L	8	V	2	0	0
Leo	T	10	F	10	V	5	L	5	0	0	0	0	0	0
Virgo	T	5	L	3	V	2	L	6	F.	6	V	5	T	3
Libra	L	5	T	5	L	8	T	3	L	6	V	3	0	0
Scorpius	T	3	L	5	V	6	L	6	F	2	V	5	T	3
Sagittarius	L	9	T	3	L	7	F	4	L	7	0	0	0	0
Capricornus	T	7	L	3	F	5	L	4	T	3	V	3	T	5
Aquarius	F	4	L	5	T	4	L	8.	V	4	L	5	0	0
Piſces	T	6	L	6	T	6	L	4	V	3	L	3	T	2

Gradus puteales ſic dicti quod quando Planeta ſub eis verſatur ſit quaſi in puteo, tùmq́; debilis eſt influentiæ reſpectu caloris, quia Planetis in ijs exiſtentibus frigus in aëre intenditur. Planetæ verò exiſtẽtes in gradibus augmentantibus fortunam intendunt fortunam nato & felicitant opera eius niſi aliundè ſint impediti. De gradibus Azimena ſupra dictũ eſt. Gradus fumoſi ſignificant verba vana, ſuperbiæ & arrogantiæ magnæ, ſupra ſunt expreſsi.

Sequitur Tabula.

Tabula graduum puteorum Azemena & augmentantis fortunam.

Aries.	6	11	19	23	29		19	0	0	0		0	0	0	0	
Taurus.	5	13	18	24	25	26	3	15	27	30		6	7	8	9	10
Gemini	2	12	17	26	30		11	1	0	0		0	0	0		
Cancer	12	17	23	26	30		1	3	14	15		7	9	vſq	15	
Leo	6	13	15	22	23	28	2	5	7	10		19	27	0	0	
Virgo	8	13	16	21	25		3	13	20	30		0	0	0	0	
Libra	1	7	20	23	30		3	5	21	24		0	0	0	0	
Scorpius	9	10	17	22	27		7	12	28	20		19	29	0	0	
Sagittarius	7	12	15	24	27	30	13	20	0	0		1	7	18	19	
Capricornus	2	7	17	24	28		13	14	20	24		26	27	28	29	
Aquarius	12	17	24	29	0		7	16	17	20		28	26	0	0	
Piſces	4	9	24	21	28		13	20	0	0		0	0	0	0	

CAPVT. XVI.

De Astrologiæ Practicæ diuisione.

EXimiam corporis humani structuram, si homo qualem DEVS instituit, integram tueri ac conseruare potuisset, ars vtiq; nulla Genethliaca inuenta vnquam excultaue foret. At quoniam vt rerum omnium quas mundus ambitu suo continet, ita & hominis status immutabilis: isq; varijs externarum internarumq; incursionibus tanquam procellis vndiq; lacessitur, perfecti quidem Astrologi præcipuæ partes fuerunt, hominis vitam, cuius permagna est varietas & inconstantia, & omnes quotquot infliguntur illi casus, diligenter penitusq; perspectos habere, aut si possibile est præcauere. Illius quidem incursionum causarum naturam, proprietates, totam deniq; Theoricam Astrologiam, quæ totius artis solum quoddam atque fundamentum est, fusiore demonstrandi via sumus persecuti. Nunc igitur presso contractoq; stylo, de particularibus quæ vera Genethliacæ est consideratio, tradendum & expendendum, quæ animi, quæ corporis & quæ fortunæ bona illi contingere soleant, quibus ex causis hæc orta procedant, & quibus ex signis futura noscantur. Hisce enim absoluta videbitur omnis eorum tractatio quæ fortunam aut infortunium adferunt. Sigillatim horum vnum quodq; excutiam, & in singulis quantum exercitatio vsusq; diuinandi exposcit, commemorabor. Quoniam verò nulla est singulorum scientia, vt omnia certa via & ratione stabiliam, docendi initium ab vniuersis illorum ducam generibus. Hæc autem in tres classes partiuntur Astrologi. 1. In bona corporis cum illud natura prius sit 2. in bona animi 3. in bona fortunæ. Sed cum initium corporis sit conceptus fortuitarum rerum

Astrologiæ in particularia diuisio.

e gemi-
s obie-
io.

Astrolo-
a in re-
is etiam
vinis
ersatur.
Astrolo-
a Theo-
giæ vi-
na.

TABVLA EX QVA QVÆSTIONES IN IVDICIIS NATIVITATVM APTE ERVVNTVR.

Iudicium Astrologicum Microcosmi diuiditur in

- *Bona corporis quorum prima est quæstio.*
  1. *De Nutritione.*
  2. *De Vita & eius quantitate, scilicet, de* { *Generali* / *Particulari* } *quantitate.*
  3. *De Temperamento corporis seu complexione.*
  4. *De Habitu corporis cuius sunt partes?*
     1. *De Forma corporis.*
     2. *De Statura corporis.*
     3. *De Craßitudine, macie & piguedine corporis.*
  5. *De Fratribus & sororibus habetq; partes.*
     1. *Vtrum natus sit sine fratribus & sororibus vel fratres habeat?*
     2. *De Fortuna & statu fratrum.*
     3. *De Consensu fratrum.*
     4. *De Numero fratrum sed pars hæc omnino est superstiosa.*
  6. *De Parentibus Patre & Matre cuius sunt partes.*
     1. *An Patris vel Matris status sit felicior?*
     2. *De Mutua concordia parentum.*
     3. *De Consensu filij & parentum.*
  7. *De Vxore & Coniugio occurrunturq; hæ quæstiones.*
     1. *An natus à coniugio abhorreat nec ne, & vtrum Vxorem ducturus, vel cælebs mansurus sit?*
     2. *Vtrum facilè vel magna cum difficultate sponsam impetraturus sit.*
     3. *De Tempore coniugij.*
     4. *De Numero coniugum.*
     5. *Qualis vxor nato decernatur.*
     7. *De Diuitijs coniugis.*
     8. *De Loco vbi coniugem ducturus sit?*
     9. *De Mutuo amore & concordia coniugum.*
  8. *De Liberis occurruntq; quæstiones.*
     1. *An natus liberos pro creaturus sit?*
     2. *De numero liberorum.*
     3. *De Sexu liberorum.*
     4. *De qualitate liberorũ.*
     5. *De Consensu parentum & liberorum.*
  9. *De Itineribus & peregrinatione habetq; partes.*
     1. *An natus peregrinaturus sit?*
     2. *In quam mundi partem futuræ sint peregrinationes?*
     3. *Quæ causæ itinerum futuræ sint?*
     4. *Quis successus in itineribus?*
     5. *Quæ regiones maximè nato conueniant?*
  10. *De amicis quæriturq;*
      1. *An natus amicos habiturus sit.*
      2. *Quæ amicorum qualitas futura.*
      3. *Quæ concordia nati & amicorum vel contra.*
  11. *De Inimicis & quæritur.*
      1. *An natus habiturus sit inimicos?*
      2. *Quales sunt inimici futuri?*
      3. *Qualis inimicorum potentia.*
      4. *De victoria.*
  12. *De Valetudine & morbis & occurrunt quæstiones.*
      1. *An natus sit futurus sanus, vel infirmus?*
      2. *An natus sæpius sit ægrotaturus?*
      3. *Quæ genera morborum futura sint?*
      4. *An morbi sint futuri curabiles, an incurabiles?*
  13. *De carceribus, huius quæstiones sunt*
      1. *An natus carcere & vinculis perpessurus sit vnquam? vel à carceribus tutam liberamq; vitam transacturus?*
      2. *Quæ causa carcerum futura justa an iniusta?*
      3. *Quibus delictis pænas vinculorum moriturus, an dedecori illi carcer, an verò honori futurus?*
      4. *An euasurus rursum, an verò in carcere moriturus sit?*
  14. *De Seruis.*
  15. *De Morte cuius sunt quæstiones.*
      1. *De Tempore mortis.*
      2. *In Patria an in peregrinatione futura sit?*
      3. *An naturalis, repentina, violentaue futura sit?*
- *Animi bona suntq; horum partes.*
  1. *De Ingenio.*
  2. *De affectibus cordis.*
  3. *De constantia & inconstantia.*
  4. *De moribus quæ respondent temperamento.*
  5. *De continentia & incontinentia.*
  6. *De religione.*
- *Bona fortunæ cuius sunt quæstiones.*
  1. *De Diuitijs & paupertate oriunturquè quæstiones.*
     1. *An natus diues futurus sit?*
     2. *Vnde acquisiturus sit diuitias?*
     3. *An licitis vel illicitis modis diuitias acquisiturus sit?*
     4. *Vtrum durabiles & perpetuæ sint futuræ Diuitiæ.*
     5. *De Tempore diuitiarum?*
  2. *De Fortuna vel miseria nati.*
  3. *De Dignitatibus & honoribus quæriturquè.*
     1. *Vtrum natus honores consecuturus sit?*
     2. *Qualitas, Genus & Causa futuræ dignitatis?*
     3. *An duraturi sint honores.*
  4. *De magisterio siue vitæ genere huius quæstiones sunt.*
     1. *An natus habiturus sit Magisterium: An verò ociosus & iners, ac sine exercitatione victurus sit?*
     2. *Quod Genus artis seu studium congruant nato.*
     3. *Quæ Fortuna nati futura sit & nominis celebritas in officio suo & artis genere.*

FINIS TABVLÆ.

Astrologiæ in particularia diuisio.

rerum partus, animationis vero Empsichoseos, primum tempus quo mouetur infans in vtero matris.

Hæc tria principia Genethliacis præcipuè sunt contemplanda quæ tamen omiserunt hactenus. Nam hisce neglectis lubens concesserim quæ de geminis contra Astrologos adseruntur, quod eorum vanitatem valde redarguant. Verum si certa suis rebus principia designentur, ut conceptus, & animatio: sententiam de plerisque probabiliter fieri posse, ut res ipsa loquitur. Nec amplius habent adversarij tanti quo confugiant: nam etsi uno partu sunt editi, tamen vel diversis temporibus sunt concepti, vel ex materia seminis non ijsdem cœli configurationibus animantur. Et ut concludam paucis ex astrorum influxu cum methodus adsit plura maximaque præsagiri puto, quæ ad naturam corporis ac temperamentum pertinent, quæque ad valetudinem nati, quæ verò ad propensiones animorum, ad hæc vel illa studia, & vitiorum semina referuntur, significari etiam, sed maiori virium interstitio, præsertim quando immutent amplius parentum indoles, patria consuetudo & educatio vt dictum est.

De geminis obiectio.

Quæstiones verò siue partes quæ in Iudicijs natiuitatum obseruantur ex annexa Tabula signoque ✻ notata facilè percipi possunt. Qua perspecta huius membri dignitatem non esse exiguam perspicuum est. Præter hæc, omnesque artes animi sublimioris impulsu exculta est, sancta diuinaque Astrologia in res diuinas acerrimè intenta. Hæc sempiternas, multoque sensu comprehensas, quo adfert humana fragilitas contemplatur cognitionemque DEI summi motoris & motuum autoris prodit. Huic enim illa Theologiæ vicina est: illustris quidem & demonstrandi subtilitate certissima. Hanc sapientes diuinarum naturaliumquè rerum confinem & intermediam statuunt, quod sempiternæ sint eius affectus, & immutabilem motorem obtineant, Estquè hæc ex tribus iam multis se-

Astrologia in rebus etiam diuinis versatur.

Astrologia Theologiæ vicina.

culis celebratis ſapientiæ ſtudijs, mentis vnius ſublimioris contemplatione formata. Sed ad rem redeo.

Aſtrologiæ in vniuerſalia diuiſio

Hanc itaque Aſtrologiæ Phyſicæ in vniuerſalibus quæ fata communia contemplantur, partes etiam diuidunt. Vna

Criſis

eſt quæ de criſi ac morborum exortu agit Altera de quæſtionibus Arabicorum modo ſtabilitis multa augurans, tanta nonnunquam ſuperſtitione mortalium oculos atque aures faſcinantes, vt vel ſpe fatuos vel metu inſanos reddant, fingentes ſyderum dominio parere, quidquid hic orbis habet, nihilq; tentandum vel publicè vel priuatim, niſi Inſpecto cœlo, fatalium legum tabula' Quod falſum eſt atque veræ religioni aduerſiſsimum. Cum verò in hac materia duæ ſemper opiniones nimium fuere, medium tenendum cenſemus. Quæſtiones noſtræ licet veriſsimæ non vrgere dicimus, ſicut nec ipſum cœlum neceſsitat, ſed fieri poſſe ab homine liberali ac ſuperſtitione carente Quod reliquum quæſtiouum ſpectat, tacitus in ſinu gaudebo ſi obtrectet atque laceret Momus Zoylusùe, qui tamen non tam odio quam commiſeratione digni videntur. Stellarum enim effectus mirabiles & ſecretiſsimæ exiſtunt, & quamuis (in quæſtionibus noſtris) ſint partium ſeparantium, nec phyſicis rationibus omnino diuidentium, tamen ſapiens & intelligens, ſubtilis & acutus, diuidit eas à ſe per intellectum & ſubtilitatem ſuam. Quoniam ignauus ſi quis in ea verſetur, crebrò impingit, & nimia mole preſſus opprimitur.

Quæſtiones.

Electiones.

Tertia eſt de Electionibus, quæ eſt obſeruatio dierum & horarum, ex conſtantiſsimo motu ſyderum & cœli vt hinc ad Oeconomica, Politica, ſiue Ruſtica medica, mercaturas, Mechanica, &c. neceſſaria eruantur. Tales etiam ſunt electiones (de vſu Pharmacorum, ſectione venæ, curatione membrorum, ablactione infantium, balneis, coniugijs, dignitatibus peregrinationibus, nauigationibus, legationibus,

migra-

migrationibus & similibus) quarum obseruatio Physica Religioni veræ non aduersatur.

Porrò quod reliquum est, electiones operum in pluribus valeant, vbi à natura maior materiæ expectanda sit præparatio. in aliis error etiam multus, atque sæpe impietas latet.

Quarta est quæ agit de elementis & meteoris seu imperfectè mixtis, aut de rebus perfectè mixtis.

Imperfectè mixtæ aut sunt aereæ aut igneæ magis, aut aqueæ aut terreæ magis. Aereæ aut igneæ magis, sunt vapores, exhalationes & ex vtroquè mixta. Vapores vt ros, pluuiæ, nebula, pruina, nix & grando. Exhalationes Phantasmata cometæ & coruscatio. Ex vtroque mixta, Tonitrua & venti.

Aqueę aut terreæ magis, est inundatio à vapore magis & Terræ motus ab exhalatione magis.

Res pecfectæ mixtæ vt sunt animalia diuiduntur iterum in res animorum & actionum, fortunæ & corporum.

Animorum sunt virtutes, scelera, bellum & pax. Concilia, mutationes aut regnorum aut Reipublicæ. Fortunæ vt victoria, strages, copia, inopia, prosperitas, calamitas, &c. Corporum: vt de morbis tum manifestis, tum occultis totius substantiæ morbis tum etiam vulgaribus, his tamen suppressis, totius substantiæ morbos hic recensebo.

Manifesti itaque totius substantiæ sunt, scabies, Pthisis & horum similes. Occulti verò sunt omnes morbi pestilentes, vt pestilens febris, carbunculus, bubo pestilens, exanthemata, morbilli, variolæ & paraplegia quædam lethalis, insueta & inaudita. Flagrantes ardores, grauedines anhelosæ & sudorifica febris. In his itaque & similibus prædicendis, nihil à scopo penitus aberramus, nisi quantum ab artis perfectione recedimus. Nunc de singulis.

CAPVT XVII.

De Particulari hominis Iudicio, qualisque Methodus Generalis in Genethliacis sit obseruanda.

Geneth-lialogica.

PArticularis Genethlia logica est, quę ex cœli constitutione, cum conceptionis & animationis, tum partus tempore (si hæc haberi possunt) futura accidentia venatur & elicit, extruit prædictiones in humanis corporibus ac præcipuis eius partibus, illorumque quæ à crasi oriuntur, potentias naturales, roboris aut imbecillitatis, ægritudines actiones & mores, quos euentus quælibet temperamenta, vt partiales causæ fingunt & communicant.

Naturæ luminis deprauatio.

De Natiuitatibus itaque (ex optimis probatissimorum scriptis) acturi, memor, velim, sit lector lapsus primorum parentum, quo obscuratur hoc naturæ lumen, & pulcherrimi debilitantur diuinæ sapientiæ radij, Natura nunc hebetatur mentis acio. Solis facies per densas nubes conspicitur, aut atras in aëre nebulas, contuemur. Paucissima nunc assequimur signa, paucorum videmus causas, & in affectibus colligendis plurimum hallucinamur. Has tenebras & pœnas peccati, multa mala, ingentia mala subsecuta sunt.

His itaque peractis consideranda est Ptolomæi, quinto centiloquij sententia: Astrologum, scilicet, optimum multum posse prohibere mala, quæ secundum cœli operationes ventura sunt, cum eius naturam præsciuerit. Sic enim pronunciet illi malum, cui illud venturum est, vt illud vel possit effugere vel lenire. Ex hac enim propositione tritum illud prouerbium natum est, Homo, scilicet, sapiens dominabitur astris. Sed hoc in loco intelligi velim quod influentia cœli

Ptolomæus.

tia cœli morbifica non æqualiter suscipiatur. Et si aliquis accepturus morbum calidum & siccum ex cœli influentia, huic opponenda sunt remedia frigida & humida & sic de alijs. Sic morbum illum penitus delebit aut saltem influentiam illã tollerabilius reddet. Summa hæc sanè vtilitas est scitu dignissima veris medicis.

Sed in Natiuitate cuiuslibet animati corporis, dum nascitur, prudens Astrologus certum & proprium gradum cœli, sub quo tunc Sol incidit & peragrat, eadem hora, horæq; fractionibus, punctum temporis considerat. Hora enim & minutum quo tunc exit infans de ventre materno dicitur verum natiuitatis tempus, Hocquè tempore verum, Solis locus considerat, Verbi gratia. Si puer nascitur Sole existente in 4. gradu Leonis & certis graduum fractionibus, gradus ille, quamdiù viuet dicitur gradus natiuitatis loci Solis. Et dum Sol anno sequenti eundem gradum attingit dicitur reuolutio dictæ natiuitatis, in qua consideratur ascendens illius anni perinde ac in ipso natiuitatis puncto, erigiturquè figura cœli consumata, & alia ad eam requisita ex quibus Astrologus futura prædicere potest, & præterita annunciat.

Quum verò plerumq; ob parentum ignauiam punctũ temporis natiuitatis ignoretur, illud existimatum verificant Astrologi triplici via, per Animodar, scilicet, trutinam Hermetis & accidentia nati, ex quibus posterior veri similior est.

Cum igitur verum natiuitatis tempus innotescit erigi potest figura cœli ad clima, polumùe propositę ciuitatis, multa enim ex ea in reuolutionibus dijudicari possunt de accidentibus casibusùe nati. Vtputa in quo anno Ecclipsis Solis vel Lunæ contingit in ascendentis gradu præcise vel propè ad duos vel tres gradus natus periclitabitur, & caueat ne horrendum aliquid intra dimidium annum vel citius in corpus eius irruat, & fortior erit significatio si Ecclipsis fit in angulo siue cuspide ascendentis, post verò non adeo periculosum

erit. Idem de Marte & Saturno dicitur. Nam ſi hora reuolutionis aſcendentis cuſpidem attingant, non abſque diſcrimine reuolutio illa ad finem deducetur, maxime ſi retrogradi ſint, combuſti aut aliunde infortunati. Imminet eo anno nato periculũ cum finis aſcendentis radicis in reuolutione in domos in fortunatas aut cadentes incidit, intenditurq; malũ, ſi in mala domo malus tunc etiam Planeta verſetur.

Inter angulos mali ſunt domus 4. & 7. poſt angulos 6. 8. & 12. boni ſunt aſcendens 5. 10. 11. cæteræ ſunt neutrales. Qua de cauſa in his domibus ſi bonus exiſtat Planeta bonam auget famam, ſed ſi in bona domo ſit malus Planeta, & contra in mala bonus ſignificatio mixta erit & neutralis influentiæ.

Deindè in omni themate cœli natalitio, & ſignificationũ futurorũ euentuum particularium pronunciatione, quatuor Aſtrologi principaliter conſiderant atq; inſpiciunt. PRIMO, domicilium Cœli. SECVNDO, Signum Zodiaci quod in qualibet incidit domo. TERTIO, Planetas vel poſsidentes domicilium Cœli, vel domiciliorum ſignificatores, vel dominantes ſignis, quæ ſingulas domos ordine occupant. QVARTO, Stellas fixas. His domini triplicitatis atq; partes annumerari poſſunt. Sed vt earum exigua vis eſt: Sic in Iudicando poſtremum locum obtinent, & ſi teſtimonijs Planetarum & ſignorum conſentiunt, certitudini euentuum ſuffragantur: ſi verò ab ijſdem diſſentiunt, nihil nec mutant, nec minuunt qua de cauſa non oportet nimium curioſum eſſe Aſtrologum, vt plus ſapere velit quam oporteat, maximè cum partes omnes ſecundariam ſemper à Planetis obtineant ſignificationem, vnde nec tantum illis fidei adhibendum, vt plus eas valere credamus quàm Planetas, à quibus dependent. Sic etiam intelligendum de alijs minus principalibus ſignificatoribus.

Primò itaq; hæc loca, cum per ſe conſideranda, tum ad Planetarum radios & aſpectus referenda ſunt, diligenterq; perpendendum, qui Planetæ quamlibet domum, vel poſsideant, vel gubernẽt, vel malo bonoue aſpectu intueantur. De-

indè quæ sit configuratio Planetarum dominantium quibuslibet signis, aut consignificatorum ad reliquos Planetas, bonos aut malos, aut cuspides domiciliorum liberæ sunt ab infortunijs, quæ sit conditio Planetarum gubernatorum, vtrum fortes sint fortunati & à maleficis stellis liberi, an verò abiecti imbecilles, malis malorum aspectibus & radijs oppressi. Perpendendum est locum, qui habet concordantiam, vel significatum cum re illa. Ex domicilijs namque cœli, sumuntur considerationes rei, de qua est prædicandum vel pronunciandum aliquid. Vt si velimus judicare de patre nati, videbimus quartam domum, locumque Solis in diurna genitura, in nocturna verò locum Saturni, si de magisterio medium cœli, &c. Deindè dispositorem talis loci & alia requisita. his suffragantur stellæ fixæ præcipuè quæ sunt Eclipticæ vicinę, de quibus inquit Ptolomæus: Stellæ fixæ irrationabiles atque admirabiles felicitates afferunt, quas tamen plerumque calamitatibus insigniunt, nisi & Planetæ ad felicitatem conueniant. his quatuor locis consideratis, non tantum absolutè, sed etiam eorundem inter se aspectu, & reliquorum Planetarum ad hæc loca applicatione, seu configuratione, judicium rei propositæ (de qua fuit quæstio) ex Physicis eruetur rationibus, & vt ait Ptolomæus? si hæ considerationes vna in natura conueniunt, id est, si concordauerint, non erit amplius aspiciendum. Si verò fuerint diuersæ, erit accidens secundum pluralitatem considerationum concordantium in vna natura.

Aphoris. centil. 29

Alij Arabes sequentes primum cuspidem cœli considerant, deindè dominũ eius, vltimo consignificatorem talis domus. Deindè considerãt etiã Aphorismos autenticorũ, & ex illis cõponunt significata illarũ domorũ, &c. Nam si maior pars fortunati vel salui fuerint, pronunciant quod natus generaliter fortunatus fiet, in significatis illius domuis. Si autẽ maior pars, vel omnes infortunati vel impediti fuerunt, contrarium arguunt. His itaque peractis præparationem prius quandam ineunt quam hic themate quodam demonstrare animus est.

THEMA NATALITIVM ALEXANDRI MAGNI PHILIPPI REGIS MACEDONIÆ FILIVS.



Latitu-

Latitudines Planetarum huius geniturę.

	G.	M.			G.	M.	
♄	1	49	M	♀	2	0	S.
♃	1	12	S.	☿	2	57	M.
♂	0	8	S.	☽	2	15	M.

Tabula dignitatum in locis Planetarum propositę Natiuitatis.

	Domus.	Exal.	Triplicitas.			ter.	fac.	Alm.
♄ 5.50.♉	♀	☽	☾	♀	♄	♀	☿	♀
♃ 24.50.♌	☉	o	☉	♃	♂	☿	♂	☉
♂ 5.50.♍	☿	☿	☾	♀	♄	☿	☉	☿
☉ 6.47.♋	☽	♃	♀	♂	☾	♂	♀	☽
♀ 19.40.♌	☉	o	☉	♃	♂	♄	♃	☉
☿ 26.0.♋	☽	♃	♀	♂	☾	♃	☾	☽
☽ 7.37.♍	☿	☿	☾	♀	♄	♀	☉	☿
☊ 25.0.♒	♄	o	♄	☿	♃	♂	☉	♄
☋ 25.0.♌	☉	o	☉	♃	♂	♂	♂	☉

Tabula dignitatum eſſentialium in Cuſpidibus duodecim domorum Cœli.

		5. Dom.	4. Exal.	3. Triplicitas.	2. ter	1. fac.	Alm.
1	♒ 8.	♄	o	♄ ☿ ♃	♀	♀	♄
2	♓ 26.	♃	♀	♀ ♂ ☾	♂	♂	♀
3	♉ 6.	♀	☽	☾ ♀ ♄	♀	☿	♀
4	♊ 0.	☿	☊	♄ ☿ ♃	☿	☿	☿
5	♊ 18.	☿	☊	♄ ☿ ♃	♂	♂	☿
6	♋ 7.	☽	♃	♀ ♂ ☾	♂	♀	☾
7	♌ 8.	☉	o	☉ ♃ ♂	♀	♄	☉
8	♍ 26.	☿	☿	☾ ♀ ♄	♂	☿	☿
9	♏ 6.	♂	o	♀ ♂ ☾	♂	♂	♂
10	♐ 0.	♃	☋	☉ ♃ ♂	♃	☿	♃
11	♐ 18.	♃	☋	☉ ♃ ♂	☿	☾	♃
12	♑ 7.	♄	♂	☾ ♀ ♄	☿	♃	♄

Nouenæ ex præcedenti Tabula hic ita poni poſſunt.

Dominus nouenæ … *eſt:*

♄ ♄
♃ ♂
♂ ♄
☉ ☿
♀ ☿
☿ ♃
☾ ♃

Tabula

Tabula ex qua Dodecathemoria Planetarum aptè eruuntur.

Tabula graduum.						Tabula minutorum.											
G. Plan.	*S.*	*G.*		*S.*	*G.*	*Plan. M.*	*G.*	*M.*	*Plan. M.*	*G.*	*M.*	*Plan. M.*	*G.*	*M.*	*Plan. M.*	*G.*	*M.*
1	0.	12	16	6.	12	1	0.	12	16	3.	12	31	6.	12	46	9	12
2	0.	24	17	6.	24	2	0.	24	17	3.	24	32	6.	24	47	9	24
3	1.	6	18	7.	6	3	0.	36	18	3.	36	33	6.	36	48	9	36
4	1.	18	19	7.	18	4	0.	48	19	3.	48	34	6.	48	49	9	48
5	2.	0	20	8.	0	5	1.	0	20	4.	0	35	7.	0	50	10	0
6	2.	12	21	8.	12	6	1.	12	21	4.	12	36	7.	12	51	10	12
7	2.	24	22	8.	24	7	1.	24	22	4.	24	37	7.	24	52	10	24
8	3.	6	23	9.	6	8	1.	36	23	4.	36	38	7.	36	53	10	36
9	3.	18	24	9.	18	9	1.	48	24	4.	48	39	7.	48	54	10	48
10	4.	0	25	10.	0	10	2.	0	25	5.	0	40	8.	0	55	11	0
11	4.	12	26	10.	12	11	2.	12	26	5.	12	41	8.	12	56	11	12
12	4.	24	27	10.	24	12	2.	24	27	5.	24	42	8.	24	57	11	24
13	5.	6	28	11.	6	13	2.	36	28	5.	36	43	8.	36	58	11	36
14	5.	18	29	11.	18	14	2.	48	29	5.	48	44	8.	48	59	11	48
15	6.	0	30	12.	0	15	3.	0	30	6.	0	45	9.	0	60	12	0

Exemplum S. G. M.

Sumo ex Tabula graduum 2. 0. 0. *pro* 5. *gradibus loci Saturni.*
Deindè ex Tabula minut. 10. 0. *pro* 50. *minutis loci dicti.*
His addo —— 1. 5. 50. *locum Saturni radicis.*

Prosilit dodecathemorion 3. 15. 50. *Saturni cadens in* 15. *G.* 50. *M.*
G. M. *Cancri.*

Dodecathemoria Natiuitatis propositæ ita fuere.

	G.	M.	
♄	15.	50.	♋
♃	22.	50.	♊
♂	15.	50.	♏
☉	28.	11.	♍
♀	15.	40.	♈
☿	8.	0.	♊
☾	9.	1.	♐

Antiſcias determinare.

De his Iulius Firmicus abunde ſcripſit, poteſt tamen ſic Antiſciarum formari tabula.

Signa		Signa
♋	*Mittit Antiſcium ſuum in*	♊
♌		♉
♍		♈
♎		♓
♏		♒
♐		♑

Gradus	Mittit Antiſcium ſuum in	Minutum.	Mittit Antiſcium ſuum in	Minuta.	in
1	29	1	59	16	44
2	28	2	58	17	43
3	27	3	57	18	42
4	26	4	56	19	41
5	25	5	55	20	40
6	24	6	54	21	39
7	23	7	53	22	38
8	22	8	52	23	37
9	21	9	51	24	36
10	20	10	50	25	35
11	19	11	49	26	34
12	18	12	48	27	33
13	17	13	47	28	32
14	16	14	46	29	31
15	15	15	45	30	30

Antiſciæ propoſitæ Natiuitatis ſic fuere.

♄	25.	10.	♌
♃	6.	10.	♉
♂	25.	10.	♈
☉	24.	13.	♊
♀	11.	20.	♉
☿	4.	0.	♊
☾	23.	23.	♈

Tabula fortitudinum ac debilitatum septem Planetarum.

No.	Fortitudines		Debilitates	
1.	Liber à combustione Solis	5.	Est combustus	5
2.	Est in corde Solis	5.		
3.	Quando Planeta est directus quod in Luna locum non habet	4.	Est sub radijs Solis	4
	Hæ dignitates in ☉ non incidunt			
4.	Est orientalis à 3 superioribus & occidentalis à 2. inferiorib.	2.	Est retrogradus In Luna hoc non consideratur.	5
5.	Cum Luna lumine crescit fitq; à ☌ ad ☍	2.	Est occidentalis à tribus superioribus.	2
6.	Est in domo sua vel ex receptione extra dom.	5.	Est orientalis à 2. duobus inferioribus. Radit Luna à ☍ ad ☌	2 2
7.	Est velox.	2.	Est in damno suo.	5
8.	Est in exaltatione vel ex receptione mutua & per exaltationem.	4.	Est tardi motus.	2
9.	Est in sua triplicitate	3.	Est in casu suo	4
10.	In termino suo.	2.	Est peregrinus	5
11.	In facie	1.	In domo 12 / 8 / 6	5 / 4 / 4
12.	In medio cæli vel horoscopo	5.	☌ ♄ ♂ His adde ☋	3.
13.	In Septima / Quarta / Vndecima	4.		
14.	In 2 / 5	3.		
15.	In 9 / 3	2. / 1.		

19.	☌ vel	♃ ♀	5. hisce adde ♌ 3.	
20.	△	♃ ♀	4.	
21.	⚹	♃ ♀	3.	*Est in coniunctione cum capite Algol. 4.*
22.	☌	Cum regulo in 24. G. ♌. Cum spica ♍ in 18. gradu ♎.	5. G. post vel ante 5.	

Iohannes verò Hispalensis hæc saltem considerat scilicet an Planeta sit combustus an non, Secundum, an sit directus, an non, seu velox aut tardus. Tertio an sit in aliquo suarum dignitatum vtputa in Domo, exaltatione, triplicitate, termino aut facie. Quartum an sit in malo aspectu infortunarum, vel in bono aspectu fortunarum. Quintum & vltimum quomodo sit collatus in figura cœli, an sit in angulo, succedenti vel cadenti, ex his vtiq; locis fortitudines ac debilitates Planetarum eruuntur. Quod hoc in loco breuitatis causa omittam ad vtiliora igitur progredior. Exigit enim ordinis ratio vt partes propositæ genituræ Alexandri Magni eliciamus.

De Proiectione partium Natiuitatis.

Primæ domus partes.

PRo faciliori partium Natiuitatis proiectione, Astrologi loco resoluunt, à quibus partes proijciuntur, etiam loco ad quæ partes hæ proijciuntur ad numeros signorum, graduum, & minutorum, vt in proposita Alexandri Magni Natiuitate Saturnus erat in

Loca

Loca resoluta

Nocturna genitura.

	S.	G.	M.
♄	1	5	50
♃	4	24	50
♂	5	5	50
☉	3	6	47
♀	4	19	40
☿	3	26	0
☽	5	7	37
☌	3	2	0
☍	0	0	0
⊕	8	7	10
⊕ ce.	0	8	50
☊	4	25	0
Ascend.	10	8	0
Secund.	11	26	0
Octaua	5	26	0
Nona	7	6	0
Med.	8	0	0
Duod.	9	7	0
15 ♋	3	15	0

S. G. M.

♄ 1. 5. 50. Est hic locus in quē, quia
addo G. 12. 0. 0. pars vitæ subtrahirur à
———— Ioue in Saturnum.
♄ 13. 5. 50. Gradus additi quia locus
♃ 4. 24. 50. ♄ minor erat loco Iouis.

distātia 8. 11. 0. Iouis & Saturni.
signa & 10. 8. 0. Gradus ascendentis.

18. 10. 0.
Subtra. 12.

A princ. 6. 19. 0. Stellæ Arietis.
fuit igitur pars vitæ 19. 0. ♎ Si Natiuitas fuisset diurna quia verò facta fuit hora nona post meridiem in principio noctis nocturna potius appellabitur.

Pars igitur vitæ sumitur in diurna genitura à Ioue in Saturnum. Nocte è contra, & proijcitur ab ascendente.
27. 0. ♉

Pars Hylech à gradu coniunctionis vel oppositionis præcedentis in gradum & minutum Lunæ & proijcitur ab ascendente. Nota quod hanc Alexandri genituram rudè & ferè absquè horæ animaduersione supputaui Gradumq́ coniunctionis secundum Arbitrium in superiori Tabella collocaui. Secundum igitur hanc meam positionem incidit pars Hylech in 13. 37. ♈

Pars futurorum ⊕, celati vel Solis, die à Luna in Solem, Nocte è contra ab ascendente. 8. 50. ♈

Pars

Pars dilectionis, concordiæ, stabilitatis, fiduciæ amoris, Veneris Die à ⊕ in ⊕. Nocte è contra, & proijcitur ab ascendente. 6. 20. ♎

Pars audaciæ, valetudinis, animositatis, Martis. Die à Marte in ⊕. Nocte è contra, & proijcitur ab ascendente. 16. 40. ♏

Secundæ domus partes.

Pars fortunæ ⊕. Die à Sole in Lunam. Nocte è contra proijciturq; ab ascendente, Ptolomæus semper à Sole in Lunam procedit. 7. 10. ♐

Pars substantiæ, sumitur die ac nocte à domino domus substantiæ in cuspidem secundæ domus, & proijcitur ab ascendente. 9. 10. ♏

Tertiæ domus partes.

Pars fratrum, die à Saturno in Iouem. Nocte è contra ab ascendente. 19. 0. ♎

Pars beneuolentiæ fratrum, proijcitur in die à Sole in Saturnum, Nocte è contra ab ascendente. Si verò Saturnus fuerit sub radijs Solis. Die à Sole in Iouem, Nocte è contra ab ascendente proijciendo. 8. 57. ♈.

Quartæ domus partes.

Pars patris, Die à Sole in Saturnum. Nocte è contra & proijcitur ab ascendente. 8. 57. ♈.

Pars mortis patris, idem est cum parte fratrum. 19. 0. ♎

Pars hæreditatum, possessionum. Die & nocte à Saturno in Lunam, & proijcitur ab ascendente. 9. 57. ♊.

Quintæ domus partes.

Pars filiorum, est etiam pars vitæ. 27. 0. ♉.

Pars temporis filij, quando fieri debeat, & numeri eorum vtriusq; sexus, accipitur die ac nocte à Marte in Iouem, & proijcitur ab ascendente. 27. 0. ☉.

Sextæ

Sextæ domus partes.

Pars Azimenæ, Infirmitatis inseparabilis. Die à Saturno in Marte. Nocte è contra, & proijcitur ab ascendente. 8. 0. ♎

Pars seruorum, legis. Die à Mercurio in Lunam. Nocte è contra ab ascendente. 26. 23. ♐

Pars bestiarum equitandarum à domino duodecimæ domus in domũ duodecimam, ab ascendente proiecta semper. 8. 0. ♎.

Septimæ domus partes.

Pars coniugij virorum, die ac nocte à Sole in Venerem ab ascendente proiecta. 20. 53. ♓

Pars coniugij mulierum secundum Hermem, die ac nocte à Venere in Saturnum abscendeat. 0. 0. 0.

Pars lasciuiæ, die à Venere in Caudam Draconis. Nocte è contra, & proijcitur à Sole. 1. 27. ♋.

Octauæ domus partes.

Pars mortis, die ac nocte à Luna in Gradum & Minutum octauæ domus & proijcitur à Saturno. 24. 13. ♉

Pars Planetæ interficientis, die à Domino gradus ascendentis in Lunam. Nocte è contra ab ascendente proijcitur. 9. 47. ♊

Pars anni quo timetur mors & impedimentum paupertatis, destructionis, die ac nocte à Saturno in gradum Domini domus coniunctionis aut oppositionis præcedentis natiuitatem, & proijcitur ab ascendente. 9. 47. ♊.

Nonæ domus partes.

Pars religionis, die à Luna in Mercurium. Nocte è contra, ab ascendente. 19. 37. ♓

Pars itinerum per terram, die ac nocte à Domino domus nonæ, in gradum & minutum nonæ, ab ascendente. 8. 10. ♉

Pars itinerum per aquam, die à Saturno in 15. gradus Cancri. Nocte è contra, ab ascendente. 28. 50. ♏.

Decimæ domus partes.

Pars regni vel regis, est eadem cum parte hæreditatum.
9. 57. ♊

Pars operis & magisterij, die ac nocte à Sole in gradum medij cœli, & ab ascendente proijcitur. 1. 13. ♋

Pars fœlicitatis & profectus, die à ⊕ in Iouem nocte è contra ab ascendente. 20. 20. ♉

Pars matris, die à Venere in Lunam. Nocte è contra ab ascendente. 20. 3. ♉

Vndecimæ domus partes.

Pars amicorum, die à Venere in Lunam. Nocte è contra ab ascendente. 20. 3. ♉

Duodecimæ domus partes.

Pars inimicorum, die & nocte à Domino domus inimicorum in gradum & minutum domus duodecimæ, & proijcitur ab ascendente. 9. 10. ♎

Pars contentionis & inuidiæ, die à Marte in Solem. Nocte è contra, ab ascendente. 7. 3. ♈

Partibus ita extractis ad figuræ cœli declarationem properare operæpretium est. Vt autem studiosi melius intelligant, quid in his elementis Astrologicis judiciorum expectandum sit Tabulam radicationum atque aspectuum locorum genituræ propositæ ordine in tabella annexta recensemus, qua perspecta ac intellecta mirum in modum judicium Astrologi facilitat.

CAPVT XVIII.

De corporis bonis judicandi ratio.

Cum homo non tantum signorum metu perpetuò se excruciat, sed etiam nimio quadam superstitione, immensoque desiderio imbutus, futuros euentus, vel secundos vel aduersos, inuestigare & præuidere conatur. Hinc plurima diuinationum genera apud omnes inualue-

Genitura
Dominus

Almuten
ei quo-
modo eli-
itur.
De nutri-
ione.

	Longitudo ♒ G	Longitudo M	Latitudo G	Latitudo M	
Horoſcopus	8	0	0	0	
☍ ♀	19	40	2	0	M
☍ ♃	24	50	1	12	M
☊	25	0	0	0	
♓					
⚹ ♄ dexter	5	50	0	54	M
☍ ♂	5	50	0	8	M
△ ☉ dexter	6	47	0	0	
☍ ☾	7	37	1	7½	S
P. religionis & amicorum	19	37	0	0	
P. coniugij	20	53	0	0	
△ ☿ dexter	26	0	1	28½	S
Secunda domus	26	0	0	0	
♈					
□ ☉ dexter.	6	47	0	0	
P. contentionis & inuidiæ.	7	3	0	0	
P. Itinerum per terram.	8	10	0	0	
P. Patris.	8	56	0	0	
P. futurorum celati vel Solis	8	50	0	0	
P. beneuolentiæ fratrum	8	57	0	0	
P. Hylech.	13	57	0	0	
△ ♀ dexter.	19	40	1	0	M
△ ♃ dexter.	24	50	0	36	M
□ ☿ dexter.	26	0	0	0	
♉					
♄	5	50	1	49	M
△ ♂	5	50	0	4	M
Tertia domus	6	0	0	0	
⚹ ☉ dexter.	6	47	0	0	
△ ☾ dexter	7	37	1	7½	S
□ ♀ dexter	19	40	0	0	
P. felicitatis & profectus	20	20	0	0	
P. mortis	24	13	0	0	
⚹ ☿ dexter	26	0	2	57	M
P. vitæ	27	0	0	0	
P. filiorum	27	0	0	0	
♊					
Quarta domus	0	0	0	0	
□ ♂ dexter	5	50	0	0	
□ ☾ dexter	7	37	0	0	

	Longitudo G	Longitudo M	Latitudo G	Latitudo M	
P. Planetæ interficientis	9	47	0	0	
P. anni quo timetur mors	9	47	0	0	
P. hæreditatum & poſſeßionum	9	57	0	0	
P. regni vel regis	9	57	0	0	
Quinta domus	18	0	0	0	
⚹ ♀ dexter	19	40	1	0	S
⚹ ♃ dexter	24	50	0	36	S
♋					
P. operis & magiſterij	1	13	0	0	
P. laſciuiæ	1	27	0	0	
⚹ ♄ ſiniſter	5	50	0	54½	M
⚹ ♂ dexter	5	50	0	4	S
☉	6	47	0	0	
⚹ ☾ dexter	7	37	1	7½	M
Sexta domus	7	0	0	0	
☿	26	0	0	0	
♌					
□ ♄ ſiniſter	5	50	0	0	
Septima domus	8	0	0	0	
♀	19	40	2	0	S
♃	24	50	1	12	S
☋	25	0	0	0	
♍					
△ ♄ ſiniſter	5	50	0	54½	M
♂	5	50	0	8	S
△ ☉ ſiniſter	6	47	0	0	
☾	7	37	2	15	M
P. ſubſtantiæ	9	10	0	0	
Octaua domus	26	0	0	0	
⚹ ☿ ſiniſter	26	0	0	28½	M
♎					
P. dilectionis concordiæ & ſtabilitatis	6	20	0	0	
P. Azimenæ	8	0	0	0	
P. beſtiarũ equitandarum	8	0	0	0	
P. inimicorum	9	10	0	0	
P. fratrum	19	0	0	0	
P. mortis pat.	19	0	0	0	
⚹ ♀ ſiniſter	19	40	1	0	S
⚹ ♃ ſiniſter	24	50	0	36	S
□ ☿ ſiniſter	26	0	0	0	
♏					
☍. ♄.	5	50	1	49	S

	Longitudo G	Longitudo M	Latitudo G	Latitudo M	
⚹ ♂ ſiniſter	5	50	0	4	S
Nona domus	6	0	0	0	
△ ☉ ſiniſter	6	47	0	0	
⚹ ☾ ſiniſter	7	37	2	7½	M
P. Audaciæ valetudinis & Animoſitatis	16	40	0	0	
□ ♀ ſiniſter	19	40	1	0	M
△ ☿ ſiniſter	26	0	1	28½	S
P. Itinerum per aquam	28	50	0	0	
♐					
Decima domus	0	0	0	0	
□ ♂ ſiniſter	5	50	0	0	
P. ⊕ fortunæ	7	10	0	0	
Vndecima domus	18	0	0	0	
△ ♀ ſiniſter	19	40	1	0	M
△ ♃ ſiniſter	24	50	0	36	M
P. Seruorum & legis	26	23	0	0	
♑					
♄ △ dexter	5	50	0	54	S
□ ♂ ſiniſter	5	50	0	4	M
☍ ☉	6	47	0	0	
Duodecima domus	7	0	0	0	
☽ △ ſiniſter	7	37	1	7½	S
P. Matris	20	3	0	0	
P. Amicorum	20	3	0	0	
P. Temporis filij quando fieri debeat.	27	0	0	0	
♒					
□ ♄ dexter.	5	50	1	0	

inualuerunt gentes, quæ magna ex parte diabolicis illusionibus corruptæ sunt. Cùm verò verbum diuinitus patefactum intuemur, & consideramus vel conditas à DEO, quas condiderit,& ad quos vsus singula deputarit, quæ inspici ac considerari, quæ non obseruari velit. Prudens Astrologus piè secernere potest prædictiones diuinas, & ordinatas, siue Physicas, à superstitiosis, quæ à Diabolo autore & patre mendacioeum & corruptelarumq; proficiscuntur. Illas quidem retinent & excolunt, ac gratias agunt DEO, quod aliquam scintustulam huius lucis in natura reliquam esse voluit, quam in nobis radijs suæ sapientiæ augeat, ut in cognitione naturæ proficiamus etiam in hac vita: Hanc verò dæmonum impiam & superstitiosam vaticinandi artem toto pectore execremur, nec inquiramus aut perscrutemur, quæ DEVS præsciri noluit, simulquè fideliter officia faciamus, & exitum vnico & verò DEO commendemus.

Genitura Dominus

De longitudine vitæ igitur interrogatus, prius Dominum Genituræ & alchocode erue, ex quinque locis hylegialibus, & almuten ex locis hylegij. Deindè Dominum horæ natiuitatis etiam diligenter perpende & almuten rei quæsitæ ex his locis, vt puta Cuspidè domus Domino eius, consignificatore Domino eius, parte rei, Domino eius, & ex tribus Dominis triplicitatis aptè elicitur. In hac verò quæstione de vitæ longitudine prudenter prius scrutandum an natus nutritionis tempus posſit complere nec ne. Ridiculi enim videntur illi omnes, qui eruditionem facultatem, honores & similia nato ex Genesi promittunt antequam de nutritione aliquid certò constet.

Almuten rei quomodo elicitur.

De nutritione.

Sciendum igitur quod primos quatuor annos vitæ nati vocent nutritionis tempus,in quo plerumq; morbis grauissimis propter imbecillitatem omnium virium corripiuntur. Quare diligenter videndum est an aliquæ morborum causæ in

figura appareant. Cum enim omnes ſignificatores, vel maior pars eorum, debiles & infortunati ſunt non dubitemus Phyſicis illis moti rationibus de difficultate nutritionis & imbecillitate nati, ferre Iudicium. Contrarium faciemus, cum in proprijs dignitatibus fortes in figura, & bonis aſpectibus bonorum, conſtituti ſunt ſignificatores.

Horoſcopus corpus nati ſignificat, Luna potentiam naturalem, Sol vitalem. Quicunq; igitur aſcendentem, Lunam Solem & Dominos eorum, vel ſaltem maiorem partem ex eis, in bonis locis fortes & fortunatos habuerit, optimè nutrietur. Si verò debiles, Infortunatos & cadentes, peſsimè.

De vitæ longitudine.

Cum igitur quis à te querit de longitudine vitæ nati, prudenter ſummoq; DEI timore reſpondendum, fata enim ſingulorum hominum ſoli DEO deliberata, decreta, definita & cognita ſunt, & vita hominis eſt in ipſius manu, ſicut teſtatur inconcuſſa ſacra ſcriptura: In ipſo ſumus, viuimus & mouemur. Ipſe eſt vita & longitudo dierum noſtrorum. Item dierum longitudinem, annos vitæ, & pacem apponent nobis præcepta DEI obſeruata. Et ſi audierimus vocem DEI Domini noſtri faciamus atque cuſtodiamus omnia mandata eius, immenſæ ſuper nos venient benedictiones. Sin contra: maledicti erimus non ſolũ in numero annorũ verumetiam in mnibus actionibus noſtris. Hæ verò cauſæ aſtris non inſculptę ſunt ſed intrinſice à nobis procedunt eorum etiam effectus ſcilicet juſta DEI vindicta quæ mors eſt, & vitæ abbreuiatio ipſi ſolò cognita eſt, neque cuiquam communicata hominum, nec à quoquam perueſtigari querunt: tamen cum ſecundarum & ordinariarum cauſarũ miniſterio vitatur DEVS, nec ſemper, aut earundem impediat actiones, aut prohibeat affectiones, etſi multa peragit, non adhibitis illis, imò excluſis, vt ſupra oſtenſum eſt, inpium non eſt conſiderare ſine opinionibus ſtoicis de fatali neceſsitate, quid Phyſicæ cauſæ apportent. Ita tamen, Vt ſeruemus ordinem, quem DEVS

Deut. 28.

præce-

præcipit & constituit, statuamus ipsum vitæ datorem & gubernatorem, qui vitam prolongare, & mortuis reddere potest, ac ad ipsum solum ardentibus votis confugiendum, vt ipse fata dirigat nostra ad sui admirabilis nominis gloriam, & nostram aliorumque salutem, ac eum sunt significationes vitæ longioris ex Genesi notæ, faciat nos organa salutaria, vel cum contrariæ sunt, causas secundas quibus alligatus non est, ita immutet & regat, vt nobis sint salutares. Et qui aliter, vt Ethnici, prædictiones suas instituunt, multos eos hallucinari oportet, cum ab ipsa veritate decedant, qua de causa omnis ars cum lapide nostro Philosophico veró est conferenda qui omnem scientiam probat. Sic Ptolomæum nostrum hoc in loco cum illo etiam conferemus, & ex Physicis rationibus de longitudine vitæ respondemus. Sicut enim ex consideratione ægri peritus Medicus de robore virium aut debilitate potentiæ vitalis ratiocinatur, ac de morte mox irruitura, aut longiore vita colligit coniecturas: Ita Astrologus Christianus consideratis locis hylegialibus, præcipuis nimirum partibus genituræ, quid de longitudine aut breuitate vitæ statuendum sit, salua libertate actionum diuinarum aptè pronunciare potest.

Christus verus Philosophorũ lapis.

Significatores termini vitæ sunt duplices. Generales & Particulares. Generalis prædicto colligitur ex locis sequentibus. Ex Planeta nempe, qui est Hylech, eiusque robore vel debilitate, & alijs supra commemoratis.

Vitæ termini duplices.


Specialis siue particularis prædictio accuratiorem considerationem requirit. Ptolomæus enim ex progreſsione hylegij, ad loca interficientia, annum quo mors oppressura sit natum, probabiliter coniecturis Physicis colligit, quæ nihil aliud est quam deductio significatoris vitæ ad radios interfectoris vel corporaliter ad ipsum interfectorem. Cautè tamen notandum, quod nato in viuis existente directio tunc sola non interficit, nisi reuolutio profectio annua & transitus

congruant. In ſenectute verò homine conſtituto, quæ virtutem hylegij quotidiè remitti ſentit, ex ſola directione, etiam non admodum potente vitæ terminus definiri poteſt.

Exemplum.

Terminus Alexandri Magni fuit Annorum 32. Menſ. 7. & dier. 23. Hoc enim verè abſoluto directio Lunæ ad cor Scorpij peruenta erat, cuius directio queſita eſt 32. G. 51. M. Medium verò cœli fines ſagittarij attigerat. Luna temporis ingreſſa fuit tempore mortis quadrangulum Saturni & oppoſita Marti, hæc cum directione conueniunt, licet ex profectionbus nulla erat congrue ratio. Multa hic poſsint exempla poni, quibus probarem ex directionibus verũ vitæ tempus prædici poſſe, ſed hoc vnum nobis adhuc ſufficiet quod Pici eſt Mirandulæ Aſtrologiæ Inſignis hoſtis, cuius tamen ignarus fuit, fortaſsis odio quorundam, qui ei ex directione Horoſcopi ad corpus ♂, Annum fatalem 33. prædixerant. Hanc præmaturam mortem ſibi fuiſſe prædictam, Cardanus refert occaſionem illi tribuit vt coniuratus veræ ſapientiæ hoſtis euaderet, Sequitur Thema eius Natalitium.

Chriſtus verus Philoſophorũ lapis.



De complexione corporis.

CUM primùm notum eſt, an natus diu viuere debeat, ſcire deindè conuenit quod erit eius temperamentum. In hunc itaque locum accidentia hominis ordine tradere propoſuimus. Obiecta igitur de complexione quæſtione Medicos imitari operęprętium eſt nulloq; modo ab illorũ officio recedere,

Complexio corporis.

Stella-

Stellarumque significationes simul misceri ac temperare, singula in vnum colligere, tandemquè de ijs in vnum collectis, sententiam ferre. Multumque ita refert nosce temperamentum siue complexionem, quæ est mistionis ratio, non ipsa mistio aut sic: temperamentum est concentus quidam quatuor qualitatum principum, ex omnium elementorum permistione conflatum. Ex quo percipitur omnem temperamenti rationem elementis primum deberi, his acceptam referri, in ijs sitam esse, vt quæ totius substantiam compleuerunt. Humores ipsaquè superuacanea corporis partes non esse, sed eo duntaxat contineri, idcirco & ab Hippocrate contenta dici, multis doctissimorum Medicorum libris demonstratum est, & posthac in nostra Medicina volente *DEO*, plenius fusiusque demonstrabitur. Quocirca neque ab humoribus (vt multi miserè opinarunt Astrologi) neque ab illis superuacaneis potest corporis eiusquè partium temperamentum æstimari: neque demum ab illorum dominatu & vbertate fas est temperamento cuiquam nomen imponere? sed ab ipsa mistionis ratione, quæ varia esse potest propter parentum temperamenta, ac propter Astrorum diuersos positus ac commixtiones, Nam mundi spiritus, vita, statusquè non omnibus sic impertitur, vt ne minimum quidem astrorum opem desideret, vt dictum est. Quæ denique humorum sint nomina periti Physici non est corpori accommodare: quare nullum prorsus temperamentum sanguinem dicere permittimus, vt nullum biliosum, nullum melancholicum vel pituitosum, quamuis alias biliosum hominem, alias sanguineum, pituitosum aut melancholicum rectè appellemus.

Temperamentũ quid?

Temperamentũ nullum biliosum.

His ita peractis plus radicaliter Astrologus peritus Medico de temperamento judicabit, eoque cognito de moribus, eruditione, morbis & similibus rebus rectè & certè diuinare potest. Quare Astrologiæ studiosus de temperamento judicaturus, diligenter consideret naturam signi primæ domus

(Nam

(Nam ex ſigno Horoſcopante temperamenti conſtitutio colligitur) Lunam & Planetam hæc duo loca aſpicientes diſponentes & obtinentes. Adhibendæ ſunt etiam Stellæ fixæ, & Planetæ qui cum Domino aſcendentis & Luna ſunt configurati, nec non ſigna examinanda ſunt, in quibus tales Planetæ conſtituuntur. Item Dominus geniture cum ſuo participante.

His omnibus diligentiſsimè examinatis, tandem bono judicio ex multitudine teſtimoniorum, temperamenti qualitas judicetur. Vt ſi in Horoſcopo incidat Leo qui eſt ſignum igneum, & eidem præſideat Mars qui natura eſt calidus (& ſic de cæteris) aut obtineat Horoſcopum, aut ſpargat in Horoſcopū radios ex calido ſigno (⚹ aſpectu) vtpotè ex Libra, vel △, vt ex Sagittario, calidum eſſe temperamentum palam eſt, quod ſecundas accipiet qualitates ſecundum ſignorum naturam quæ aut calida & humida aut calida & ſicca dicitur, & ſecundū eam temperamentum calidum & humidum aut calidum & ſiccum dicetur. Prudenter omnia loca coniungenda ſunt, & quæ intendant temperamentum, quæ minuant aut remittant, diligenter attendatur.

De habitu Corporis.

De forma Corporis.

NOn exigua de forma corporis non inter Philoſophos ſolum verum etiam Medicos intercidit certatio, omiſſa verò vtriuſq; de hiſce ſententia ſcire conuenit quod in formæ & corporis conſtitutione, magna etiam vis eſt particularium, vt ſunt, parentum ſimilitudo quæ longiſsimè durat & propagatur in poſteros. Probabile etiam eſt, vehementi compræhenſione & grauidarum firma cogitatione vim eam quæ fœtum conformat, duci atque gubernari. Huius enim cogitationes quæ potiſsimum data eſt hominibus, tanta eſt vis & poteſtas, vt ſicuti plerumq; corpus cogitantis immutat, ſic

& in conceptum ſemen vim ſuam conferat. Hæc cum multorum animaduerſione comprobata ſint, ſimilitudinis quæ in forma eſt, ea juſta cauſa videri poteſt, quam commemorat Plinius, è celebri quopiam deprompram authore. Hauſta (inquit) imago ſub ipſo conceptu, ſimilitudinum reputatio eſt. Cogitatio enim vtriuſque genitoris animo ſubitò tranſuolans, effingere ſimilitudinem exiſtimatur. Hinc alios auis ſimiles, alios patribus enaſci videmus: nonnunquam ex albis parentibus in Æthiopem partum ipſum degenerare. Formæ itaq; varietas præter illam quam prouinciæ, victus ratio, educatio, inſtitutio & alia inferunt duplex aptè ſtatuitur. Prima à velocitate cogitationum vtriuſq; parentis, ea enim cum cœlo cauſa eſt ſed primaria cur tantæ ſint in homine quã cæteris animalibus differentiæ, quoniam velocitas cogitationum, & ingenij varietas, multiformes notas imprimit: quum cunctis animalibus immobiles ſunt animi & ſimiles omnibus, ſingulisq; in ſuo cuiq; genere, concluditur igitur vim formatricem primariè à cogitatione duci & ab ea vna regi. Atque hæc de ſimilitudinum cauſis, in quibus neque viciosas, neque monſtroſas affectiones quæ præter naturam ſunt, intelligi velim. Altera formæ varietas eſt diuerſus cœli motus, nemo enim rectè in Phyſicis rationibus inſtitutus negare poteſt, bonos Syderum poſitus in formis venuſtatem, hilaritatem, & quaſi excellentiam cum ſplendore polliceri, & contra infauſto poſitu inſigniter corpus deformari. Hæc adeo commemorare voluimus vt ſtudioſus in judicio cautè verſetur, Cognito itaque temperamento, de figura nati facilè eſt judicium. Calidi enim & humidi ſunt rubicundi & formoſi, calidi enim & ſicci ſunt macilenti & ſubnigri, frigidi & humidi pingues & albi, frigidi & ſicci macilenti & nigri. Quod ad poſitum attinet ſtellarum, conſiderabis ſignum Horoſcopi, in quo ſignum igneum generaliter colorem nati rubeum, in quandam nigredinem declinantem

clinantem, præſignat. Idem de terreo judicandum eſt. Signa autem aquea & aërea plus ad coloris luciditatem & albedinem declinant. Examinabis etiam almuten aſcendentis, vel Planetam dominantem ſigno aſcendentis, eiuſquè in quo verſetur ſignum, deindè locum Lunæ, Planetam in aſcendente vel radios eius. Quando igitur ſignificatores hi omnes aut maior pars eorum, in ♊, ♍, ♎, ♒, aut in prima medietate ♐ fuerint, natus formoſus erit, in reliquis ſignis nihil eximij expectabis cæteris paribus. Hæc autem vt melius dijudicari poſsint ſtudioſi alios conſulant practicos qui formas Planetarum ſignorumq́ ad vnguem explicarunt.


Statura corporis.

Eadem in Iudicio ſtaturæ ac forma corporis obſeruanda occurrunt, quod verò ad proceram humilem vel mediocrem attinet ſtaturam ex Planeta principaliter, Horoſcopi Dominum partiliter aſpicientem plerumquè percipitur, etſi plures aſpiciunt, fortiore, judicatur, quarum hæ præcipuè ſunt obſeruationes, nempè, vt conſideretur an Planeta ſit Orientalis vel Occidentalis, ſecundum enim huius poſitus differentiam ſtatura corporis mutationem ſubit, ♄ enim Orientalis mediocrem ſtaturam, ſed tamen magis declinantem ad breuitatem, Occidentalis breuem deſignat, & ratio eſt, quod Saturnus Orientalis ſit frigidus & humidus, Occidentalis verò ſiccus, Planetæ enim deſiccantes aridiora & breuiora corpora gignunt. Quæ de Planetis dicta ſunt, de ſignis etiam intelligi velim, hi namque ſtaturam ſecundum eorum diſpoſitionem aut intendunt aut remittunt moderanturquè. His ita perſpectis Studioſus Aphoriſmos huic rei inſeruientes diligenter perpendebit. Præterea conſiderans quod ipſa proceritas vel humilitas maximè etiam ad Paterni ſeminis naturam refertur: eos enim plerumq́ artus ad

Deſignat.

justam paremquè magnitudinem porrigit. Mulier eadem ex pusillo viro pusillum, ex procero procerum fœtum parit: verumtamen vir ex diuersis mulieribus dissimilem magnitudine prolem suscitat. Hæc vna miscenda sunt si errare timeas, si tamen præ curiositate vel experiendi gratia quærens staturam parentum celet per quæstionem factam veritatem habere potest, sic in aliis rebus dubitatiuis agendum erit.

Obiecta quæstione de crassitudine pinguedine & macie corporis, considerabis quod crassitudinem & maciem appellamus illam, quæ natura corporibus accidit post consistentem ætatem, aut circa tricesimum annum, aut paulò pòst, non quatenus morbo aut inconuenientia victus corpora à naturali constitutione recedunt. Huius judicium sumitur ab Horoscopi signo, & eius almuten, id est, Planeta, qui plures in ascendentis signo dignitates obtinet. Quomodo autem hic victor consideretur, legant studiosi ipsum Ptolomæum Lib. 3. Capite 5. De Judiciis, imprimis verò Pontanum, qui libro nono rerum Cœlestium, de lineamentis corporis, colore, facie, rectitudine aut gibbositate, copiosè differit, & significationibus enumeratis, causas Physicas earundem, cùm in stellis errantibus, tum fixis demonstrat, sufficiet hoc in loco Thema aliquod proceræ personæ subiicere.



Hic proceræ eſt ſtaturæ ſatis formoſus, facie ſubnigri, ex temperamento calidus & ſiccus, magis macilentus quam pinguis.

De Fratribus & Sororibus.

ARabes homines omnino ſuperſtitioſi, particularia ſcrupuloſius ſcrutantur, & in conditione fratrum multa ſine

veris rationbus considerant, vtrum natus sit primogenitus, an verò se natu maiores habeat, vtrum solus sit, an verò plures sorores fratresùe habeat, an amiserit aliquos, & similia quàm plurima, quibus Arabum scripta abundant.

Figura cœli verò generaliter ostendit, vtrum natus solus sit sine fratribus, vel fratres habeat, quæ sit eorum conditio, &c. Ac tale judicium generale, principaliter ex primogeniti genitura sumi potest, cum illius genesis statum fratrum & sororum, quæ postea nascuntur, significet. Quod si hæc haberi non potest, ex alijs judicijs sumi potest, vtputa quæstione radicaliter facta, ex figura verò radicis obiecta hoc modo.

An natus sit sine fratribus vel eos habeat.

1. Tertia domus, à 5. gradu proximè antecedente vsq; ad 5. gradum proximè antecedentes sequentem domum.
2. Dominus tertiæ domus, non tantum qui emergenti signo dominatur sed etiam intercepto, si illud contingat.
3. ♂, qui semper generalis est fratrum significator, Luna verò, sororum est significatrix.
4. Planeta vel Planetæ, in tertia domo collocati.

Si igitur hi significatores, aut maior eorum pars in signis versentur fœcundis absq; dubio multitudinem aut plures fratres designant & sorores, si steriles & in sterilibus constitutis signis contrarium arguit.

Quod si mediocritatis testimonia occurrunt, vt sterilis Planeta in signo fœcundo, & contra, constituantur, mediocris numerus fratrum & sororum significatur, idq; pro numero & potentia significatoris in fœcunditate aut sterilitate vincentis. Qui fœcundi sint Planetæ, quæ sterilia signa, Ptolomæus & alij multi explicarunt.

De fortuna & statu fratrũ.

Obiecta quęstione de fortuna & statu fratrum, affectionem significatorum diligenter examinabis, Cùm enim omnes vel maior eorum pars potentes fuerint, felicem statum, hoc est, longam vitam, honorem, gloriam, diuitias fratribus sororibusùe decernunt, vnde etiam commoditas ad natum sit peruentura.

uentura. Contra verò, obſcuros, inglorios & infelices ſignificant. De ſtatu mediocri mediocritatem pronunciabis, ita tamen vt obſeruetur ſemper, in quam partem mediocritas declinet.

De consensu fratrum.

Cùm quærit de concordia vel diſcordia cum fratribus & ſororibus, propriam genituram ſi extet tempus erige, ſi verò illud haberi non poteſt quæſtionem moue, illa deniq; collata cum geneſi præſenti quærentis, diligenter perpende num inter dominum primę & tertiæ domus, aſpectus benignus interceſſerit, concordiam & mutuam beneuolentiam fratrum & ſororum nati ſignificat, idem ſignificabit ſi primæ & tertiæ domus, idem fuerit ſignificator, contrarium ex poſitu contrario apparebit, ſed hæc de fratrum coniunctione aptè pariq; ratione ad conſanguineos accommodari poſſunt.

De numero fratrum ex radicis figura non esse judicandum.

Cum de numero fratrum quærit, ex figura radicis non reſpondebis vitanda enim eſt ſuperſtitioſa particularitas quã conſtituunt nonnulli Arabes & moderni, videlicet Saturnum atque Solem maiorum, ♂ & ♃ mediorum, ♀ & ☿ minorum eſſe ſignificatores, qui ſi fuerint potentes & fortunati, multos & felices: ſi debiles, paucos & infortunatos fratres promittere, hoc judicium planè eſt ambiguum imò falſum & ſuperſtitioſum, quod numerum fratrum & ſororum nonnulli ex geneſi prædici poſſe exiſtimant.

De Parentibus Patre & Matre.

Parentũ judicia.

HÆC de parentibus ex Themate librorũm quæſtio neque neceſſaria eſt neque certa: attamen cum parentum & filiorum genituræ ſympathiam habeant inter ſe occultam, fit vt ex liberorum genitura ferè cognoſcantur etiam parentum diſpoſitiones atque ſtatus, ſicut contra ex geneſi

nesi parentum, qualitates & accidentia filiorum judicari possunt. Quare de hac quæstione communem Astrologorum sententiam recitabis, quæquè maximè congruit accidentibus, quæ ex primogeniti desumuntur genitura. Cùm igitur de statu patris quæritur hos potissimū significatores in qualibet genitura considerabis. Domum quartam, Dominum eius. Solem in diurna Saturnum in nocturna genitura. Planetam vel Planetas in quarta domo si qui ibi sint, Dominatores horum locorū, ex his facilè erit judicium, ex bono enim mediocri statu vt contra de malo, judicium feres. Qui verò exactius & verè rimari cupiunt, natiuitatem patris examinabunt, & quomodo ex Themate filij patris constituatur genitura, docet Regiomontanus in tabulis directionum. Problem. 14.

De statu patris.

De statu matris.

Matris significatores sunt, Medium cœli, Dominus eius, ♀ in diurna ☾ in nocturna, Planeta vel Planetæ in decima, dominatores horum locorum.

Ex his omnibus cum suis dominatoribus summum bonum, mediocrem malum aut debilem statum matris dijudicabis.

Vtrum patris vel matris status sit felicior.

Ex significatorum patris & matris collatione colligitur facilè, vtrius parentis status sit felicior futurus, quod ad fortunæ corporis & animi bona. Cuius enim significatores fortiores existunt, eius status judicandus est felicior, & maior ætas futura est. Sed & hic directiones non obmittentur.

De mutuo consensu parentum.

Cum queritur de mutua parentium concordia in diurna genitura considera ☉ & ♀, si inter hos Planetas in aptis locis fiat coniunctio vel aspectus concordiam & beneuolentiam significant. Si verò □ aut ☍ inter se distant, aut prorsus sint in separatis signis, contrarium judicabis. Intenditur malum si ex angulis sese intueantur, & quo partilior est aspectus eo malum erit intensius, & contra. In nocturna genesi ♄ & ☽ considerantur vt supra.

Consen-

Consensus filij & parentum facilè ex bona configuratione atque aspectu cum Domino ascendentis percipitur & contra, Inde etiam constabit, vtrum pater vel mater magis diligat natum. Cùm enim significatores Patris, ex toto vel magna ex parte benignè configurantur Domino Horoscopi, matris verò malignè, pater plus diliget natum, quàm mater, & contra.

De consensu filij & parentum.

De Vxore & Coniugio.

HÆ coniugij quæstiones amplæ sunt & vtiles, sicut & ipsum coniugium amplum est & vtile, nam creato homine primum à primo rerum initio à DEO institutũ, atq; præceptum, & apud omnis nationis gentes, summa semper veneratione celebratum, religione sacratum, legibus sancitum, miraculis atque prodigijs illustratum. In huius enim coniugij, id est, vnius maris & vnius fœminæ coniunctione, consideratur potissimum ♀ & ☾ Domus septima & Dominus eius Planeta vel Planetæ, in septima constituti, Ex horum significatorum constitutione atq; consideratione multæ coniugij quæstiones occurrunt primum.

Coniugij judicium

An natus à coniugio abhorreat nec ne, & vtrum vxorem ducturus vel cælebs mansurus sit. Hac igitur facta quæstione, scire oportet quod multæ sint causæ quæ coniugium impedire possunt, naturæ imbecillitas, maleficiati, furiosi, pueri, impotentes, eunuchi, &c. Considera primum omnes significatores, quomodo affecti sint. Sed inter hoc potissimum Veneris & Lunæ statum, quę si in signis sterilibus vtpotè ♏ ♌ ♊ simulq; ab angulis cadentes, propter malignitatem coniugium negant, aut viros cœlibes, aut à coniugio, abhorrentes, reddunt vel certè sterile coniugium decernunt. Hæc significatio euidentior erit, si reliqui significatores eodem positu consentiant.

An natus uxorem ducturus sit.

Talis est constitutio Illustrissimi Principis D. VVolffgangi in Anhalt, qui ♀ & ☾ coniunctas habuit in ♏. Vixit ergò in cœlibatu.

In Genitura D. Erasmi Roterodami ♀ coniuncta est partiliter ♄ ex angulis, Luna licet in ♏ existat, tamen à Sole est combusta, quæ combustio tantum nocet, quantum positus eius in signo sterili. A re igitur Vxoria Doctissimus hic vir abhorruit.

Vtrum facilè vel magna cum difficultate sponsam impetraturus sit natus.

Homo inter omnia animalia sociabile est, & solitudinis impatiens ob idq; per matrimonium suum simile efflagitans impedimentum semper timet, quàm si scire velit, vel an occurret vel non: Aspice coniugij, significatores, quod si maior pars fortes fuerint facilè sponsam impetrabit, eoq; facilius, quo plures fortes fuerint, de debilitate verò eorũ contrarium judicabis: mediocritas verò ex mediocri statu colligitur. Natura significatorum etiam est consideranda. Benefici enim felicem malefici verò aduersum successum portendunt quæ si fortes intenditur significatio sui debiles remittitur. Planetæ enim malefici liceat sint fortes, non tamen absq; difficultate largiuntur. Nota quod hæc quæstio est omittenda cum de cælibatu significatores ex genesi sumuntur.

De tempore coniugij.

Tempus coniugij dupliciter haberi potest, ex generali, scilicet, significatione, & directione septimæ domus ad corpus vel radios Veneris & Lunæ & è conuerso. Quod ad generale attinet considera an omnes significatores coniugij, vel maior pars eorum, & præsertim Luna sint à ☉ Orientales, & in quadrantibus Orientalibus constituti, quod si sic, in prima adolescentia coniugium futurum significant, aut post maturam ætatem juuenculam decernunt vxorem. Contrarius verò positus, vel tardius contracturum matrimonium, vel in juuentute viduas, anus, natu grandes ducturos denotant. Præter hæc considerandus est significatorum motus cum directi sint & veloces motu, tum enim idem signifi-

gnificant vt Orientales. Contrarium Retrogradi tardi motu vel stationarij pollicentur, qua de causa hæc omnia in judicando conferri debent, & judicabis in discrepatione testimoniorum secundum eos significatores quibus Venus & ☾ consentiunt præcipuè Luna.

De numero vxorum.

Cum de numero vxorum quærit, considera omnes significatores coniugij, qui si omnes vel maiori ex parte, in signis aqueis siue fœcundis sint plures vxores decernunt, contrarium in sterilibus positis indicant.

Hoc rursum in loco notare conuenit quod ex his significatoribus præcipuum & euidentissimum judicium præbent, ♀ & Luna, cum potiorem significationem in virorum matrimonio obtineant, adeò vt Luna in septima domo, propter suam & loci naturam in quocunque sit signo, ferè plures semper decernat vxores, nisi à radijs Solis & à Saturno, insigniter sit impedita.

Qualis vxor nato decernatur.

Cùm quærit cuius naturæ vxor futura sit, aspice accuratè applicationem Lunæ ad Planetas. Ex ijs enim vtriusque mores coniugis describere licet, Examinandæ igitur sunt naturæ Planetarum vel Planetæ Lunam aspicientis, vel per coniunctionem vel alium radium, hinc de qualitate vxoris rectè judicabis.

De diuitijs coniugis.

Hæc quæstio hac tempestate omnium est frequentissima. Ex damnabili enim quadam vi peruersæ naturæ nostræ inditum est cuilibet contra mandatum DEI, sibi benè esse malle quàm alteri, & benè dotatam anteferre. Quorum cupiditas si quando aliquem capit, & vis hoc scire, aspice eosdem Planetas, qui Lunam applicantem respiciant per ☌ aut radium. Quod si ijdem fuerint benefici & potentes, decernunt vxorem diuitem, opulentam, nobilem, & ex claro genere natam, si malefici & debiles contrarium expectabis.

Specialis hæc est regula, quod benigni Planetæ in septima, presertim si sint potentes, opulentas & nobiles vxores de-

 cernunt.

cernunt: Malefici ibidem & imbecilles, ignobiles & pauperes significant.

Si verò malefici fortes fuerint, diuites quidem, sed malitiosos, aut omninò imperfectum, aut cum labe coniunctum decernunt.

De loco vbi coniugem ducturus sit.

Cùm quærit in qua parte orbis terrarum coniugem ducturus sit, aspice an significatores signa iterum obtineant, vel sunt in signis peregrinis, id est, in quibus nullas dignitates habeant essentiales, natum extra patriam ducturum vxorem effirmabis.

De mutuo amore & concordia coniugum

Homo animal sociabile sæpè matrimonium contrahit ob solitudinem, & vt habeat cum quo delectetur & auxilium in laboribus suis: Quod non facilè fert liuor edax, neq; discordia crebro vel summum matrimonium diuellens & incitans ad quæstionem felicioris status. Cùm igitur quærit, certissimum est hic vtriusque personæ natiuitatem considerare. Quandocunq; enim luminaria in vtraq; natiuitate, bonis aspectibus se irradiauerint, aut eadem signa occupauerint, concordiam significabit. Si verò ex □ vel ☍, discordiam, ita vt semper se odio prosequantur, & in continuis rixis versentur. Hæc si haberi non possunt Ptolomæi aliorumq; aphorismos hac in re necessarios consules.

De Liberis.

CUM vnumquodquè indiuiduum mortale & indissolubile se sentiat, vsu venit, vt aliud sibi simile optet in suum locum reponere homo, in quod & languidam & inclinantem suam vitam quodammodo conferat, & per quod procreatione vt Phœnix quasi riuiuiscens atq; repuerascens, quodammodo perpetuus fiat & æternus. Hæc est illa procreandi libido: quæ vt species in perpetuum salua conseruaretur, cunctis est viuentibus à natura tributa. Cùm igitur

quæritur.


quæritur an natus liberos sit procreaturus, temperamenta vtriusque, tàm mariti quàm vxoris considerabis: Temperamenta enim vel extremè frigida, vel in excessu sicca, vel intensè humida procreandis liberis idonea non sunt. Hæc è Physiologia nota sunt. Astrologicè verò hæc sunt examinanda, quinta domus deinde vndecima & prima, Quod si in his domicilijs Planetæ fœcundi fuerint, vel radio, vel corpore, vel dominio prolem promittunt, ex contrario positu contrarium judicabis. Hic autem adde Dominum genituræ.

Vtrum natus liberos sit procreaturus

Si de numero solicitus aliquis quærit, ex testimoniorum collectione in genere constabit. Quo enim plures fœcundi Planetæ, in illis quas diximus domibus, & signis fœcundis constituti fuerint, eò maiorem numerum liberorum decernunt. Et contra quò pauciores, & in sterilibus signis, eo minorem. Planetæ autem fœcundi in signis bicorporeis, duplicant numerum librorum, in fœcundis signis triplicant.

De numero liberorum.

Sic quidam ex amicorum meorum optimus Venerem habuit in exaltatione sua, scilicet in piscibus, Iouem in quinta domo & radiatione Veneris incidebat in primam, Iouis verò in vndecimam. Luna in septima constituta radio Sextili quintam ex signo bicorporeo illustrabat, Venerem verò quadrato affligebat. Hic pater est multorum liberorum, sequitur Thema eius Natalitium.



De Sexu liberorũ.

Si de Sexu quæritur aſpice ſignificatores, maſculini enim maſculum Orientales & in domibus & gradibus maſculinis, fœminini Planetæ Occidentales & in domibus & gradibus fœmininis, fœminam promittunt, ſecundum pluralitatem vel paucitatem plures, paucioresúe filios, aut filias denunciant.

Quali-

Qualitas liberorum patebit ex fœlici vel infelici significatorum statu, nam cum Planetæ liberos designantes, aut maior eorum pars felices fuerint & robusti, potentes, longæuos, celebres, claros & felices liberos promittunt, ex quibus ad parentes plurima commoda aduentura sunt. Contrarium ex contrario statu iudicabis.

De qualitate liberorum.

Si quærit de consensu parentum & liberorum considera significatores nati & parentis. Nam si inter dominum primæ & quintæ domus benignus intercedit aspectus, mutuus amor & concordia erit inter patrem & liberos. Si inimicus radius, vel nullus, liberi contendent cum parentibus aut simultatis occasionem vtrinque præbebunt.

De consensu parentum & liberorum.

De Itineribus & Peregrinationibus.

DUplicia sunt itinera terrestria & aquatica, quæ aut breuiora aut longiora aut mixta esse possunt. Obiecta igitur quæstione de Itineribus breuioribus tertiam, de longioribus nonam domum sumes pro significatore, pro terrestribus & aquaticis vtramque, significatores reliqui sunt domini nonæ & tertiæ, Planeta vel Planetæ in nona, vel tertia. Luna & Mercurius, Luna quidem cum vagabunda sit & velox, Mercurius cum sit instabilis & versatilis.

Cùm quærit an peregrinaturus sit, aspice prædictos significatores, potissimum Lunam & Mercurium, qui cum inter se coniuncti fuerint, aut in mutua receptione versentur, aut coniuncti aut recepti à domino nonæ vel tertiæ domus, Item si occupauerint vel nonam vel tertiam, vel primam vel in eis dominium obtenuerint ratione fortiorum dignitatum essentialium, omnino itinera decernunt, reliqui Aphorismi huic rei inseruientes non sunt obmittendi.

An natus peregrinaturus sit?

Si obijciatur quæstio tibi in quam plagam mundi peregrinationes futuræ sint, primum erit animaduertendum an

In quam plagam

ex pri-

mundi pe-regrinationes futuræ sint. ex prima quæstione etiam itinera designantur, nam si non, plures circumstantiæ itinerum inquirendæ non sunt, cùm verò euidentiores sunt itinerum significationes, statim quæri solet in quam plagam mundi itinera facturus sit natus? Hoc Iudicium à Planetis peregrinationem decernentibus & signis Zodiaci in quibus sunt constituti, sumendum est.

PLANETÆ ORIENTALES seu qui Orienti præsident, sunt ☉ & ♄.

AVSTRALES, VT VENVS hac decernit versus Orientem itinera.

OCCIDENTALES MARS ET LVNA.

BOREALES VT IVPITER.

MERCVRIVS, incertæ est naturæ, qua de causa non de eo, sed de suo coniuncto sumes judicium tuum. Hoc verò quod coniunctus luminaribus non mutetur, nisi sit in eorum essentiali dignitate.

Signa Zodiaci per se considerantur secundum Trigonos.

IGNEVS TRIGONVS ♈, ♌, ♐, Itinera dercernit in Orientem.

AEREVS TRIGONVS ♊, ♎, ♒, in Occidentem.

TERREVS TRIGONVS ♉, ♍, ♑, in Meridiem.

AQVEVS TRIGONVS ♋, ♏, ♓, in Septentrionem.

His ita constitutis, ex Planetis itinera decernentibus, & signis in quibus constituuntur, de mundi plaga certè constabit, Deindè ex testimoniorum collectione perspicuum euadet, in quas partes potißimum ac sæpius peregrinaturus sit. Constabit hinc quoq; an in diuersas sit peregrinaturus partes, & in quam plagam potißimum ac sæpius peregrinaturus sit. Hoc in loco notare conuenit, Quod signa terrea & ignea per terram, aquea per aquam, aërea mixtam significationem obtineant. Sic Planeta Orientalis in Trigono Occidentali constitutus mixtam etiam sortitur significationem.

Quæ cau- Cùm quærit quæ causæ itinerum futuræ sint, duplici id modo

modo potes colligere. Ex natura Planetarum, quæ itinera significant. Ex domorum significatione, in quibus Planetæ commorantur. Ex his itaq; & Planetæ quibus coniunguntur significatorum quæstionem facilè solues.

Cœ futuræ sunt itinerum.

Si de successu itineris quæstio fiat, potentiam vel imbecillitatem tum essentialem tum accidentalem significatorem considerabis. Nam si fortes fuerint, secura præbent itinera, prosperitatem, dona, amicos honores, & rerum institutarum felicem euentum, ex contrario statu contrarium judicabis. Qualitas periculi in genere à ♄ & ♂ sumitur quod si significatores inficiant, secundum eorum constitutionem tum accidentalem tùm essentialem facilè judicium feres.

Quis successus in itineribus futurus sit

Periculi qualitas.

Cùm quærit quæ regiones aut vrbes sibi magis conueniant, ex vrbibus & regionibus quæ cunctis subiectæ sunt signis judicabis principaliter ex signis quæ subiectæ sunt primæ, decimæ, vndecimæ, & secundæ domorum radicis, si omninò liberatæ sunt à maleficis, aptè sunt nato tum ad habitandum, tum ad res gerendas. Si impeditæ contrarium judicabis.

Quæ vrbes atque regiones magis conueniant nato.

Felices etiam erunt quæ subsunt signo Iouis, Veneris, ⊕ & ☊ in radice, non impeditæ, & si 1. 10. 11. 2. 5. 9. 3. domum occupauerit, in cadentibus constitutis contrarium euadit. Et aduersissimæ erunt nato regiones quæ signis ♄, ♂, vel ☋ in radice subiectæ sunt, intenditurq; mali si in 7. 4. 12. 6. 8. eadem signa constituantur. Pessimum quoq; erit si à maleuolis præterea afficiantur. Quæ autem ciuitates & regiones signis subiectæ sint, petendum est ex Schoneri aliorumquè Astrologorum scriptis, & cur veteres, singulas regiones, prouincias & vrbes, singulis Zodiaci signis accommodarint, in Physica nostra Judiciaria dicitur.

De Amicis.

OBiecta de amicis quæstione, significationes quæ ad conditionem amicitiæ pertinent, ex vndecima domo, quæ amicis deputata est, erues deinde ex planetis, vel possidentibus eam, vel aspicientibus, vel gubernantibus, & ex signis quæ obtinent, ex horum mutua conuenientia cum domino vndecimæ, & applicatione ad dominum genituræ & orientis, robore & imbecillitate, quæstiones de amicis facilè solui possunt.

An natus amicos habiturus sit.

An igitur natus amicos habiturus sit, planetas in prima & vndecima domo constitutos diligenter examinabis, erunt enim aut benefici aut malefici, aut mediocres, & secundum eorum naturam judicium tuum pronunciabis, si autem plures diuersæ naturæ in illis locis constitutæ fuerint, mixturam & amicorum diuersitatem significant: sed principale judicium sumatur à planeta potentiore.

De qualitate amicorum.

De qualitate amicorum obiecta quæstione, eam cognosces ex natura planetarum, qui in vndecima & horoscopo versantur si id contingat: Item qui primæ & vndecimæ imperant, signo intercepto, secundum modum rationalem etiam considerato.

De amicorum constantia vel inconstantia si quæstio tibi obijciatur, ex natura signorum, quæ à motu dependet, rectè percipitur. Si igitur domus vndecima fixum obtineat signum, societates firmas & indissolubiles decernit, si mobile mutabiles, sint commune, mediocres ex planetarum etiam natura forti & potentes amicos fortes & potentes futuros colligimus, contra ex imbecillibus & abiectis obscuros & viles. Sed judicium quod ex vtriusque natiuitate sumitur præeminentiam sibi vindicat.

De inimicis.

Inimici

INimici duplices sunt, aperti & occulti, Occulti sunt qui gestu, vultu, & verbis simulant malitiam & beneuolentiam præ se ferunt. Aperti palam aduersantur, & se inimicos esse aperta vi ostendunt, Domus septima occultis Duodecima apertis inimicis designatur Cum igitur Planetæ in his versantur vel dominium habent, vel harum domorum cuspides aspiciunt, eos diligenter examinabis, additis signis in quibus collocantur.

Inimicos apertos & occultos esse.

Cum quærit an natus inimicos sit habiturus aspice septimam & duodecimam domum, quod si plures in his planetæ constituuntur plures inimicos & aduersarios significat contra si pauci aut nulli ☋ & ☊ planetis semper æqui parantur ♄ ♂ & ☿ his adduntur. Mars enim apertas inimicitias. ♄ & ☿ occultas & simulatione amicitiæ tectas significat. Ex quo facilè percipitur vtrum palam aliqui vel clam nato sint aduersaturi.

An natus inimicos habiturus sit.

Qualitas si quæritur inimicorum ex testimonijs colligi potest quæ quales futuri sint amici patefacit, si vero in 7. aut 12. constituti sint, adde dominos signorum septimæ & duodecimæ, ac naturā eorum quæ luminaribus opponuntur, qui cum septima inimicos occultos significant, duodecima veró apertos semper.

De inimicorum qualitate

Nota quod quando dominus vndecimæ corpore est constitutus in septima tum idem posse & amicitiam & inimicitiam occultam designare sed magis inimicitiam. Quia præsentia planetæ in loco inimicitiarum plus valet quam dominium absentis in locis inimicitiarum, ex contrario verò positu contrarium percipies. Sequitur tabella amicitiæ & inimicitiæ planetarum.

♄ *sunt*	♄ ☉ ☽	*Reliqui*	♂ ♀	*Inimici Saturni magis tamen ♀ quam ♂*

Amici

- ♃ *Omnes præter* ♂
- ♂ *Venus tantum. Reliqui eum oderunt, sed magis.* { ♃ ☉ }
- ☉ { ♃ ♀ } *Reliqui omnes inimici.*
- ♀ *Omnes Planetæ, præter* ♄.
- ☿ { ♄ ♃ ♀ } *Reliqui sunt inimici eius.*
- ☽ { ♄ ♃ ♀ } *Reliqui inimici.*
- ☊ { ♃ ♀ }
- ☋ { ♄ ♂ }

De Victoria.

MUlti sunt Aphorismi ex quibus victoria nati percipitur· breuitatis causa hic omittendi, cuius gratia vnico exemplo demonstrabimus ex genesi etiam victoriam præsagiri posse.

Luminaria præsertim conditionalium, vt interdiu ☉, in nocturna genitura ☾, si constituantur in essentiali dignitate Martis, & sit cum eo in signis permutatis, maximè verò extra octauam domum, manifestam victoriam decernit, sic in Caroli V. Imperatoris, Luna & Mars sese recipiebant ex exaltatione & angulis, quæ constitutio fœlices & memorabiles victoriosos exitus bellorum significauit.

De Valetudine & Morbis.

Hæc:

Morborum judicium.

HÆC pars vtilißima eſt Medicis, experientia enim conſtat non ſolum ex temperamenti qualitate verumetiam ex cœli figura aut collatione & configuratione Planetarum morborum vaticinia deſignari: ſuntq; ſignificatores valetudinis Horoſcopus dominus Horoſcopi, luminaria ſed magis Luna quam Sol, Sexta domus dominus ſextæ, Planeta vel Planetæ in ſexta. Sic omnes ordine ſunt examinandi, cum de valetudine vis pronunciare.

An natus ſit futurus ſanus vel infirmus.

Cùm quærit an ſit futurus ſanus vel infirmus, ſignificatores morborum hac via examinentur primùm an ſint fortes vel imbecilles ſecundo an ſint liberi à malignis radijs ♄ & ♂.

Cùm omnes, vel ſaltem maxima ſignificatorum pars, fuerint fortes & liberi ab irradiatione hoſtili maleficarum ſtellarum corpora ſana & valida ſignificant.

Contra ſi omnes vel maior pars eorum debiles fuerint, & afflicti à maleficis, & obſeſsi, corpora reddunt imbecilla & multis affectibus obnoxia, & ex pluralitate teſtimoniorum ſanitatis pauciores morbos, ſed contra plures, prædices. Sic omnibus temperamenti conſideratio adiungi debet.

An natus ſæpius ſit ægrotaturus.

Num ſæpius ſit ægrotaturus, aſpicè an ſignificatores fortes ſint an imbecilles, ſi imbecilles fuerint maior eorum pars, certè ſæpius ægrotabit, ♄ & ♂ poſſunt eſſe ſimul & autores & ſignificatores morborum. Reliqui Planetæ omnes poſſunt tantum eſſe ſignificatores, non etiam autores, quare dupliciter affligi poſſunt & propria imbecillitate, & malignis radijs Saturni & Martis, quod ſi hoc modo ſignificatores affligantur effectus eò vehementior erit: Si vno, vtpote imbecillitate propria, aut ſolo aſpectu maleficorum, minus malum erit. Si vno, vtpote imbecillitate propria, aut ſolo radio maleficorum, minus malum erit, ſed tamen malum, & quidem vehementius quo fuerit partilior ille aſpectus, & magis ex angulo oriatur.

Hæc diligenter perpendes, vt in teſtimonijs colligendis cautus ſis ſequitur diuinatio de generibus morborum.

De generibus morborum.

Cum quærit de morborum generibus, aſpice naturam eorum ſignificatorū, qui aut debiles ſunt aut à maleficis infecti, aut vtroq; incommodo ſimul laborant. Deinde naturam ſigni Zodiaci, quod ſignificatores illi occupant: Item naturam malefici qui ſignificatores infeſtat. Denique pro natura ſignorum, in quibus malefica infeſtans alios reperitur.

An morbi curabiles ſint.

Obiecta quæſtione, num morbi curabiles ſint futuri, aſpice loca ſignificatorum vel autorum ægritudinis cum benefici planetæ hæc aſpiciunt, morbi ſunt facilè curabiles. Cum non aſpiciunt, ſunt immedicabiles. Non etiam in hac cauſa aſpectus negliges. Quò magis partilis fuerit, eò facilius morbus curabitur. Quo magis platicus, eò difficilius curam admittit.

De carceribus.

An natus carcere perpeſſurus ſit.

CVm quærit an natus carcerē vel vincula perpeſſurus ſit vnquam, an à carceribus tutam liberamq; vitam tranſacturus, & quæ cauſa carcerum futura, juſtave an iniuſta quibusúe delictis pœnas vinculorum meriturus eſt an dedecori illi carcer, an vero honori futurus. Denique an euaſurus rurſus, an vero in carcere moriturus ſit. Aſpice duodecimam domum, eiuſq; ſignum, & ſigni dominum, Planetas qui obtinent duodecimam, vel mala irradiatione aſpiciunt, vel dominantur ſigno, aut ſub domicilio, aut exaltatione aut triplicitate, reliquos etiam duodecimoq; domino applicantibus, primam domum eiuſq; dominum, dominum genituræ & eius conſenſum cum duodecima aut prima, deniq; ex ſtatu ♂ & ♄.

Carceris qualitas.

Periculum & carcerum qualitas, cauſam & occaſionem, ſignorum & planetarum natura oſtendit. Quantitatem

verò

verò robur ac fortitudo maleficarum stellarum duodecimam domum oppugnantium.

Deinde aspice si domum hanc beneficæ stellæ vel posideant, vel faustis radijs intueantur, securitatem nato perpetuam pollicentur. Rursus si eandem quocunque modo maleficæ premant, minantur carceres, & plurima ex vinculis pericula.

Qua de causa, si Mars duodecimam, vel saltem malo aliquo ac venenato aspectu, vt quadrato aut opposito vnà cum Saturno opprimat, & eidem geniture dominentur, planetæ, aut solùm horoscopo præsideant, ingentia & exitialia carcerum pericula, portendunt, præsertim si cuspis duodecimæ domus, nullius radio benefico muniatur, foueatur ac defenditur.

Præterea notabis, quod Martialia signa violenta vincula Saturnina verò fraudulenta & subdola, Mercurialia carceres propter doctrinam aut similes causas minitantur, variatur vero hæc carcerum causa à signorum planetarumve natura.

Ex dictis patet de carceribus Astrologum etiam judicare posse. Franciscus etenim Rex Galliarũ, Lunam in ♒ in medio cœli cõstitutam habuit, & ♂ in ♌ ex angulo à imi cœli opposito radio infestabatur, quæ constitutio captiuitatem ei portendebat, in quam incidit bello gesto, cum Imperatore Carolo V. ad Papiam Anno Christi 1555. sed antequam in acie captus esset sex soles Rex Poloniæ viderat : is autem qui ad occidentẽ stabat atra fulgine squalidus apparebat.

De morte.

Mors quo tuplex.

MOrs apud Astrologos duplex statuitur, Naturalis & Violenta. Nam mors repentina est veluti intermedium quoddam, inter Naturalem & Violentam.

Natu-

Mors naturalis. Naturalis mors est qui accidit propter defectum humoris radicalis & natiui caloris extinctionem. Etsi horum multæ sunt causæ pauci tamen homines morte moriuntur naturali.

Mors violenta. Violenta mors dicitur, quæ igne, ferro, lapsu, submersione, ictu lapidis, venenis aut similibus modis, infertur.

Repentina. Repentina vel accidentaria, quæ ex morbo accidit, quorum multæ sunt differentiæ.

De morte Facta de morte quæstione, placidané an violenta futura sit, si placida, quod morbi genus eum occupaturum, acutusné an diuturnus occultusné, an manifestus.

Quanquam autem de tempore mortis, ac de specie aut qualitate juxta communem Astrologorum regulam confirmare, difficilè, ac periculosum, imò propemodum impossibile sit: tamen recitare coniecturas, quas certi in figura cœli positus Planetarum mutuæq; inter se configurationes & applicationes ostendunt, non est absurdum, quæ principaliter ex domo octaua colliguntur.

Coniecturas quasdam esse de morte.

Pro significatoribus igitur mortis octauam domum, signum in ea constitutum eiusq; dominum considerabis, Planetas etiam in ea vel constituti vel radio maligno eam aspicientes, vel quouis modo eam gubernantes, deindè dominum geniturae, Horoscopum eiusq; dominum.

Cùm enim maxima eorum pars benefici sunt, fortes, fœlices & auctæ dignitatibus essentialibus, quietam & placidam mortem promittunt. At cum mali hi Planetæ affecti sunt, vel malefici octauam domum aut possiderint, aut hostiliter & minaciter oppugnauerint, vel saltem septimæ domus dominum aut victorem in genitura damnauerint, violentum tragicum & tristem exitum minantur, cùm verò res mixta est mixtum etiam mortis genus denunciat. Hæc quomodo generaliter de morte prædicendum sit, Aphorismi speciales tradunt qua de causa Ptolomæus & reliquos Astrologos peritiores, hoc in loco consulendos esse velimus. Quod


Quod autem de morte hæ possunt fieri coniecturæ, cum mille exstent exempla, vnico tamen hoc in loco probabimus Henricus Rex Gallorum habuit vtrumque luminare læsum & obsessum à maleficis circa linum piscium, vtriusque quadrato radio & altero maleficorũ in signis violentis constituti. Confossus est ei oculus in hastiludio, Anno 1559. & ex illo vulnere mortuus est. Fatum sane prodigiosum aut potius supremi judicis summum justitiæ argumẽtum. Nam licet eius splendorem eximium, virtutes ac spiritus generosos suspexit Francia vt Solem in vniuerso, Bella tamen intestina contra religionem, & Principes defensores mouit, & acerrimus fuit oppugnator, Sequitur Thema eius.

CAPVT. XIX.

De Animi bonis.

INgenium vocamus felix, quod per se multa prudenter & celeriter excogitat, vel ab alijs tradita & inuenta, facilè inuestigat, agnoscit & dijudicat, eadem memoria firma complectitur, vel in agendo dextrè consequitur omnia, vel in dicendo perspicuè & eleganter differit Cum autem magnæ sint ingeniorum diuersitates, causæ sunt proculdubio cœlestium corporum diuersi positus, Quare si de ingenio tibi quæstio obiecta fuerit, Mercurium aspice, ex eius enim positu ingenij & intellectus significationes desumuntur, qui si in aliqua suarum vel Saturni domorum, præcipuè in ♒ domicilio ♄ vel ♊ fortunatus cum ☊ Draconis, vel ☋ in bono aspectu ♄, ♃ ☉ ♀ ☽ fuerit, magnum ingenium & doctrinam solidam in omni scientia donat in reliquis signis nihil eximij promittit, nisi sit cum aliquo nodorum, præcipuè cum ☊ & in bono aspectu ♄. Sicut enim Luna vegetatiuam potentiam: Ita ☿ rationalem animã & Spiritus animales in cereb ro, & vires cerebri gubernat,

Cum igitur ☿ & Luna horum planetarum loca benè affecta, & se mutuo bono radio intuentur, efficitur quædam harmonia inter rationalem animam reliquasque vires, excel-



lens ingenium conflatur, è contrario verò statu contrarium accidit.

Mediocritatem colliges cum ☿ est potentior & in signis imperantibus, nam cum sic in alicuius cœli figura est constitutus, ratio reliquis viribus imperabit contra verò, cū

Luna


Luna fortior, eſt & in ſignis imperantibus, affectiones facilè rationem vincunt. Sic in natiuitate Ioannis Friderici Ducis Saxoniæ Luna erat in libra cum cauda, Mercurio cum Sole & Saturno in cancro.

Eraſmus Reinholdus in themate ſuo habuit ☌ ☿ & ☾ vnde hæc ☌ mirabilem ingenij acrimoniam huic excellenti Mathematico decreuit.

Ioannes de monteregio etiam Lunam & Mercurium cum geminis conſtitutum habuit. Qualis autem huius excellentis Mathematici ingenium fuerit nemo eſt qui ignorat.

Contumacia & turbulenta ingenia ex cœli conſtitutione etiam præſagiri poſſunt ex oppoſitione ſcilicet ☿ & ☾ & maximè cum alteruter ſit in ſuo detrimento, tunc ingenia ſeditioſa, temeraria, ſtolida, quæ audacter periculoſa ingenia ſtruunt, deſignat Exemplũ habemus in themate Cornelij Agrippæ, in cuius themate ☍ ☿ & Lunæ decreuit ei ingenium varium, quod etiam alios ad varietatem impulit vt probare facilè poſſum ex epiſtola quadam iuueni ſtudioſo conſcripta, ſed breuitatis cauſa eam obmitto, ſequitur thema eius.

THEMA NATALITIVM CORNELII AGRIPPÆ.



De Moribus.

Libro de aëre, aquis & locis.

HIppocrates mores ad regionis habitum, qualitatemq; hominum mores responsum habere demonstrat. Et inter Platonis placita illud obseruauimus scienter dictum:

Ex

Ex varijs cœli locis, varias ingenerari morum χαράξεις.

Mores à regione cœli loco eiusq́ue qualitate.

Quo argumento in Græciæ tractu in adipiscendis disciplinis aptiores videri homines multo, quam alicubi; & qui in Phœnicem vergunt, in cumulando pecuniam mire sagaces.

Iulius Frmicus de moribus ad Lollianum scribens, sic ait: Quædam gentes ita à cœlo formatæ sunt, vt propria sint morum vnitate perspicuæ. Asianos loco citato Hippocrates pacatiores, & cultiores, idq́ue ex anni tẽperatura euenire ait, si quidem à medio solis exortu ad auroram Asia sita est. Qui verò Phasim accolũt ab hyberno sole ad Mæotidem paludem, agrestes sunt, & ad laborem segnes, propter varias anni temperaturas. Extant enim ibi montes altissimi, ardua regio, & inæqualis est Scytarum gens circa paludem Mœotidem habitãs, qui & Sauromatæ appellantur, immanis ferox & crudelitate grassantur.

Ptolomæus etiam vir doctissimus, etsi è syderum configuratione particulares hominum mores prouenire scripserit; eius tamen sententia nostro etiam proposito siue inductioni generali quadrabit. Tradit itaque Septentrionales populos feroces, peruicaces, & agrestis esse truculentiæ. Et Europæi inter se valde difformes sunt, ob temporum variationes, vnde audaces, & integri natura nascuntur. & magnanimi magis sunt quam Asiani. & difficultates omnes aggrediuntur. Sed intercedit differentia. Itali enim semper fuerunt regali nobilitate præfulgidi, Galli stolidi, acuti Siculi, luxuriosi semper Asiatici & in Venerem procliues. Hispani elatæ jactantiæ & sic de cæteris judicandum. variantur enim non solum corporum staturæ secundum varias regiones, verum etiam ingenium, gestus, cantus, & similes, de quibus abunde scribit Iohannes Baptista Neapolitanus. manifestis variantur etiam mores à partibus corporis particularibus, à quibus fas est ad occulta intrinsecè penetrare, vt perbellè apud Ouidium Helena exprobrat Paridi:

Libro de humana phisiognomia c. 16.

Apta magis Veneri, quam sunt tua corpora Marti
Bella gerant fortes, tu Pari semper ama.

Vt igitur mores generaliter à cœli constitutione, regione & anni temperatura variãtur, sic etiam particulariter à tempore natalitio, hinc velle suum cuiq; est nec voto viuitur vno. Et quot homines tot sẽtẽtiæ, suus cuiusq; mos est, & vnus quã rem laudat, alius vituperat. Sed antequam ad particularia accedat aliquis cauti sint studiosi vt vniuscuiusq; nationis cõditionẽ ac mores vniuersales bene perpendant. Quod vero ad peculiares mores attinet scire conuenit, tantũ tria esse animarum genera, seu animæ partes, siue species: non tamen ita quod anima sit diuisibilis in partes, quantitate mensurabili, nec quasi species sint separatæ, aut inter se disparatæ: verum vt vulgò vtimur partis vel speciei nomine, in accidentibus etiam incorporeis vel potius: Partes animæ eas dicimus, quæ sociatæ atque connexæ, in totius vnam & integram substantiam conspirant, quibus seorsim singulis non aptè potest totius nomen accommodari. Quæ tria modò, ante oculos ponimus, intelligens sentiens & naturale, in homine quodammodo comprehenduntur, vt partes sunt animæ, non vt genera: eadem seclusa sedibus, genera constituunt, intelligenti potentiæ præsidet ☿, irascibili ♂, concupiscibili ♀ cum ☾.

Tria animæ genera.

Pro morum significatoribus particularium aspice primam domum eiusque signum, signi dominum, & planetam primam obtinentem, aut radio aliquo eam aspicientem, & geniturae Dominum, cum inter hos bonus est consensus radio, aut receptione mutua, actiones designant ordinatas, præsertim si ☿ cæteros robore & dignitate vincat, significat enim potentiam rationalem cæteras gubernaturam, & intra metas aut limites officij sui retenturam esse. Cum contrarium verò accidit, actiones confusas, inordina-

dinatas; fœdas & deformes significant. Cum Mars fuerit victor, natum multa temerè, & rabioso impetu quodam moliturum gesturumque minatur. ♀ vero aut Luna prædictis conditionibus excellens, reliquis testimonijs accedentibus, ad libidines, helluationes, & luxum natum propensum faciunt. Sic verò generalibus particulares aphorismos addere conuenit.

Affectus cordis.

De affectibus cordis, vtpote furore, ira, timore, odio & similibus, judicaturus, aspice primam domum eiusque dominum, Planetas in prima collocatos, vel radio eam aspicientes vel dominantes, & dominum geniturae. Deinde qualis sit configuratio Lunæ ad horoscopi dominum, dominum geniturae & reliquos planetas. Vt si ♂ coniungatur ☾ aspectu vel radio iracundos, sæuos, & morosos efficit. ♀ quocunque aspectu eidem copulata, blandos & suaues reddit. Cum Martis signum in horoscopum incidit, & Mars eundem obtinet aut aspicit ex signo suæ naturæ, & suffragatur geniturae dominus, & Lunæ situs, nec aliquid significatores reliqui mitigant: insigniter iracundos & furentes hic positus significat. Sic de tristitia & morositate & reliquis melancholicis affectibus ex ♄ positu cum cæterorū configuratione judicabis. Sed naturam signorum etiam diligenter notabis, quæ Signa incontinentiæ, quæ fixa, quæ mobilia siue tropica, quæ humana quæ nomina ferarum habeant.

Sed hic nec patriæ ingenium, nec familiæ aut nationis natura, prætereunda est, nec temperamentum: hæc namque omnia simul miscenda sunt & cum bono malove positu ☿ conferenda, vt judicium perfectum sit.

Constantia vel inconstantia.

Cum de constantia vel inconstantia quæstio tibi obiecta fuerit, aspice signum ascendentis eiusque dominum, signum

ſignum domini aſcendentis, Dominum genituræ, eiuſque ſignum. Signa enim fixa conſtantes homines non vagabundos efficiunt. ☉, ♄, ♃, conſtantiam, reliqui contrarium ſignificant. Aſpice etiam reliquorum planetarum cum prædictis configurationem, Nam ex collatione omnium ſignificatorum & aſpectuum, de conſtantia & inconſtantia nati, rectè pronunciabis.

De continentia vel incontinentia.

De continentia vel incontinentia judicaturus, principaliter temperamentum nati conſiderabis, frigidi enim & ſicci magis ad continentiam reliqui ad incontinentiam declinant. Hinc ♀ & ♂ conſiderabis, qui planetæ in commutatis ſignis, hoc eſt Venus in Martiali & Mars in Venereo, natū valde fore luxurioſum denotant. Deinde ☌ & aſpectus Planetarum ad ♂ & ♀ conſiderabis & ex collatione ſignificatorum certè definies.

Religionis quæſtiones.

Cum de religione quæſtio tibi obiecta fuerit, nonam & tertiam domum, & vtriuſq; dominum conſiderabis, mali enim planetæ in his poſiti, aut jouem damnantes religionis contemptorem ſignificant, præſertim ſi etiam fortunati fuerint.

Notare hoc in loco etiam cōuenit, quod judaicæ ♄ Chriſtianæ ♃ & ☿ Mahometicæ ☉ & ♂ idolatricæ ♀ præſideant. Quando igitur in Chriſtiani geneſi 9. & 3. Iupiter cum ☿ præfuerit, natum in ſua religione conſtantem futurum ſignificabunt.

Cardanus Trigonum Chriſtianum ♌, ♈, ♐, Idolatricæ ♉ ♍ ♑ judaicæ ♊ ♎ & ♒ Mahometicæ ♋ ♏ ♓ eſſe dixit.

Quia verò ſecundum malā bonamúe planetarum conſtitutionem ſubiectum humanū corpus ac mores ſæpè variantur, eorum deſcriptionem hoc in loco annectemus, patebitq; ex ea, quales mores à ſingulis planetis ſpecialiter oriantur.

Saturnus.

Saturnus igitur bene conſtitutus Amantes occultarum rerum, profunda cogitantes, Graues cum quadam auſteritate,

taci-

taciturnos, ſolitarios Zelotypos, laborioſos, corporis ſui curam gerentes, patientes laborum & moleſtiarum, cumulatores opum, parcos, cupidos pecuniæ, & proprij commodi ſtudioſos facit.

Debilis aut infeliciter poſitus facit auaros, auſteros, pigros, triſtes, fugitantes lucem & amantes ſolitudinum, timidos negligentes, abiectos, ſqualidos & humilia cogitantes, triſtes, pertinaces, ſuſpicaces, liuidos, obtrectatores, ſuperſtitioſos, incultos, malignos, ingratos, inſidiantes ſuis vel metuentes inſidias.

Iupiter. Iupiter fortis ac benè affectus graues cum quadam moderatione, magnanimos, honeſtatem curantes, munificos, religioſos, honeſtos, iuſtos, beneficos, fideles, verecundos, humanos, gubernatores, ſplendidos, magna curantes, ſuis negotijs deditos, prudentes, ordinatè viuentes, amantes ſui aut cognatorum, liberales, candidos & apertos facit.

Imbecillis verò & infeliciter poſitus facit mores ferè ſimiles prioribus, ſed dilutos & obſcuriores magis, vtpote prodigalitatem, negligentiam, ſimulatum ac fucatum candorem, timiditatem, ſuperſtitionem, ſuperbiam & faſtum animi, &c.

Mars. Mars ſolus morũ ſignificator fortis atq; fortunatus reddit impatientes ſeruitutis & iniuriarum, iactabundos. Attamen generoſos, gubernationi idoneos, animoſos, Iracundos, fortes, vehementes, promptos manu, apertos cum quadam temeritate, pericula non metuentes & vindictæ cupidos.

Debilis autem & infortunatus facit prædones, arrogantes, ſeditioſos, iniuſtos, crudeles, tyrannicos, truculentos, temerarios, inuerecundos ſumptuoſos, thraſonicos, ebrioſos, turbulentos, effuſores ſanguinis, feroces in laceſſendo, & vbi ad rem ventum eſt timidos, & authores diſcordiarum, &c.

Venus. Venus ſola morum ſignificatrix facit pacificos & ad voluptatem pronos, mundiciei & choreis deditos, impatientes

laborum, naturalem erga ſuos beneuolentiam exercentes, ſociabiles, blandos, bonos, delitiarum amantes, idoneos ad concilianda hominum ſtudia, lætos, hilares, formoſos, venuſtos in geſtibus, beneficos & miſericordes.

Infortunata verò ac debilis facit Zelotypos, mulieroſos, timidos, amatores puellarum, multumq́ in eo amore diſpendia facientes, imbecilles, ignauos, procos, pronos ad libidinem & negligentes famæ aut infamiæ, &c.

Mercurius. Mercurius fortis ac bene affectus facit Mathematicos, Geometras, Poetas, ingenij, ac animæ excellentis, ſtudioſos & capaces doctrinarum, dociles, ſagaces, vafros, ſolertes, cautos, bene coniecturantes, & cum dexteritate omnia facientes, ſine doctore facilè & multa diſcentes, diſertos, de rebus diligenter diſputantes, moribus compoſitos, quibuſuis perſonis & tempore ſe accommodantes, & bonos imitatores.

Debilis ac infortunatus facit falſarios & vbique ſe ingerentes, clam ſtruentes fraudem & periculoſa conſilia, cuiuſuis rei ſimulatores & diſsimulatores, obliuioſos, ſtolidos, hallucinantes, inſtabiles, maleficos, malitioſos, vafros, inuidos, perfidos, mendaces, præſertim cum ☋, & in eſſentiali dignitate maleficiorum poſitus, atque ab ipſis afflictus.

Cum verò rarò vni Planetæ dominium cedat ſignificatores ſimul miſcendæ ſunt. Luminaria mirum in modum etiam adiuuant. *Luna.* Luna enim creſcens lumine & morum conſignificatrix apertos, & contra occultos languidiores & magis obſcuriores facit idem in ☌ ſecundum eius latitudinem mores etiam intendit ac remittit, vt in ſeptentrionali meridionaliue parte poſita.

Sed præſtat luminarium depoſitores magis quam ipſa luminaria conſiderare. Sol ſecundum, bonam malamúe conſtitutionem ſuam aut mores illuſtriores aut obſcuriores reddit. Hæc de animi bonis dicta ſufficiant.

CAPVT

CAPVT XX.

De fortunæ bonis.

Diuitiarum iudicium.

Diuitiarum significatores sumuntur à cuspide seu principio secundæ domus, à quinto gradu proximè antecedente, vsq; ad proximos quinque gradus tertiam domum antecedentes, signum etiam interceptum si fortè id contingat, à Domino etiam signi cum emergente tum intercepto, à parte fortunæ, & domino eius, & Ioue qui semper diuitiarum est significator.

Deinde aspicies Planetas in secunda domo existentes, siue vnus, siue plures, qui quidem quo viciniores sunt initio secundæ domus eo euidentiores effectus præstant. Hoc verò notatu dignum est quod nonnulli Astrologi sententijs ab hoc capite discrepant, & eodem modo de diuitijs & paupertate non judicant. Ptolomæus enim à ⊕, & Planeta obtinente dominium sortis, item planetarum ad hæc loca aspectus, judicium sumit. Aliter Arabes, quorum plerique tamen magna felicitate judicia & testimonia specialibus significatis desumunt.

An natus diues futurus sit.

Cum omnes significatores aut maxima eorum pars, sunt fortes & potentes, natum maximas diuitias acquisiturum significat. Sin debiles: contrarium accidit, ex mediocritate verò mediocritas exurgit: nec refert vtrum significatores benefici sint aut malefici, licet saltem fortes & impediti, judicium enim est generale, facta itaque de diuitijs quæstione hæc summè perpende & diligenter judicabis.

Vnde diuitias acquisiturus sit.

Cum quæstio mouetur vnde diuitias acquisiturus sit aspice omnium significatorum naturam: quod si omnes fortes fuerint, quod rarò accidit, duraturas diuitias judicabis, sic pars saltem eorum fortunatur, ex eo qui fortior fuerit, deinde ex ijs qui minus sunt fortes judicium tuum feres sin debiles contrarium semper dices, ex mediocritate verò statum mediocrem judicabis.

Sequitur Genesis vnius amicorum meorum, qui sortis cum sit infimæ, mediocriter est fortunatus.



An licitis vel illicitis modis acquisi-

OBiecta quæstione an licitis vel illicitis medijs diuitias acquisiturus sit; considera naturam significatorum, quæ est, aut benefica aut malefica. Beneficum autem planetam nominamus eum, qui in dignitatibus beneficorum constitutus est,

turus sit diuitias.

est,& si sua natura est maleficus. Hæc breuiter qua de causa aphorismos ex Ptolomæo aliisque his addere conuenit.

Vtrum durabiles sint futuræ diuitiæ.

Cum quæritur vtrumne, durabiles & perpetuæ sint futuræ diuitiæ aspice diuitiarum principalem significatorem qui semper is dicitur qui est in secunda domo constitutus. Hic si fortis fuerit & beneficus perpetuo cum quadam felicitate duraturas diuitias significat.

Si debiles durabunt quidem perpetuo sed magno cum discrimine & labore. Idem fere significat cum maleficus in secunda est constitutus, tunc enim plus amittit quam recuperat,licet nunquam pauper fiat.

Sed si imbecilles facultates euertuntur , & non durabunt à mediocritate, mediocrem statum facultatum ac diuitiarum judicabis, quod si verò contingat, quod plures planetæ in secunda domo fuerint constituti, judicium ab vincente siue fortiore feres,& secundum naturam eius judicabis.

Quod si nullus Planeta fuerit constitutus in secunda,judicium sumes ab illo qui sæpius adhibetur, vt si idem Planeta sit dominus cuspidis & ⊕ fortunæ, &c. Quod si nullus Planeta adhibeatur plus quã semel Almuten omnibus præferendus erit, & secundũ eius naturam judicium tuum extruatur.

De tempore diuitiarum.

De tempore diuitiarum si quæstio fuerit oblata, directiones diligenter examinabis,in quem annum incidant nam si cum generalibus locis conueniant : Tunc eo maior est certitudo, interdum repugnant. Tunc directiones vt potentiores præferendæ sunt. Specialia enim generalibus sunt certiora.

Generales significationes sumuntur à parte quam diuitiarum significatores occupant. Spatiũ enim inter Horoscopũ & decimam juuentutem, inter 10. & 7. virilem ætatem, inter 7. & 4. senectutem, inter 4. & 1. finem vitæ significat.

Similiter cum significatores orientales à sole & in signis mobilibus versantur citius, occidentales verò & in signis immobilibus tardius sed durabiliores opes significant.

Idem de retrogradatione & veloci motu eorum intelliges.

De fortuna & miseria nati.


Fortuna & miseria nati.

CVm de fortuna nati tibi offeratur quæstio, aspice quot planetæ in essentiali dignitate existant, vtpote domicilio vel exaltatione, vel mutua dignitatum receptione, illustrem, splendidam, & manifestam fortunam nato significant (si in ijs quatuor aut plures planetæ constituti fuerint) eumq; in maxima vitæ, & actionum suarum parte, & pluribus rebus fortunatum & fœlicem.

Talis est constitutio D. Henrici Ranzouij Produce Cymbrici habuit enim omnes planetas in planetarum exaltationibus. Sequitur Thema eius.

De di-


De dignitatibus & potentia nati.



Dignitatum & potentiæ nati consideratio.

HAEc omnium quæstionum jucundissima est ac pulcherrima, simulq; diligentem requirit considerationem. Sumuntur autem dignitatum significatores à luminaribus, Sole præsertim, & planetis, medietate orbium suorum circumdantibus (id est, qui corpore coniungantur) aut luminare vtrumque aspiciẽtibus, præcipuè Solem siue benigno, siue maligno aspe-

aspectu. Deinde aspice dominum medij cœli, Planetam vel Planetas in medio cœli constitutos, stellis fixas. Et examinabis hos significatores dignitatum & honorum ordine, an



sint in proprio domicilio exaltatione aut mutua receptione essentiali. Nam si talis est constitutio significatorum, conferunt officia publica, honores summos, amplas administrationes, dignitates, eximium fauorem & beneuolentiam magnatum, Talis est constitutio M. T. C. qui ex obscuro homine summas dignitates, honores & administrationes cõsecutus est.

Cum

Cum de genere, qualitate & causa futuræ dignitatis quæstio fuerit obiecta, aspice planetas Luminaria circumdantes vel partiliter aspicientes, præcipuè verò eum, qui inter Luminarium stipatores potentior est cæteris, ratione dignitatis essentialis, potissimam domus & exaltationis, genus verò, victrix Planeta & concausam domus, in qua is versatur tibi indicet. Nam si Planetæ aspicientes Luminaria in prima fuerint constituti, suapte industria natus dignitatem cõsequetur, in secunda domo, propter diuitias & sic de reliquis. Si verò nullus Planeta Luminaria stipauerit, aspice Planetas in decima constitutos, si plures fuerint ex his fortiorem præ cæteris assumes significatorem, secundum eius naturam de genere, & causis futuræ dignitatis judicando, vel si nullus ibidem existat dominum medij cœli tibi assumes, & secundum eius naturam atque positum iudicium tuum feres.

Qualitas genus & causæ futuræ dignitatis.

Cum quærit an duraturi sint honores, aspice Planetas qui luminaria stipant, vel ea partiliter aspiciunt, sed potissimum fortiorem alijs, hi si fuerint benefici, vtpote Iupiter & Venus, atque etiam potentes, status dignitatis perpetuò crescit cum quadam facilitate ∴ Ex mediocri statu mediocritatem cum quadam difficultate; sin debiles, dignitates ad tempus certum durabunt, & paulatim decrescent, non tamen omnia euanescent. ♄ & ♂ Luminaria stipauerint & fortes fuerint crescent & durabunt quidem honores sed non absque discrimine & varijs molestijs. Si mediocres, paulatim decrescent, attamen nunquam euanescent, sin imbecilles subito euanescent honores. Mercurius in omnibus rebus conuertibilis est, nam cum bene fuerit positus facillimè honores largitur ac duraturos, in fine verò non absque discrimine, cum mediocriter est positus ruinam minatur, sed honores non omnino tollit, vbi male, tum suo tempore quidem honores designat, sed cum infelici exitu. Quod si verò nullus Planeta luminaria stipauerit, nec in decima fuerit, procede vt supra.

An duraturi sint honores.

De magiſterio ſiue vitæ genere.

An natus habiturus ſit magiſterium.

CVm de magiſterio quæritur, ad quam artem & quæ ſtudia animi inclinationes ſtellis reſpondeant, de quibus dicitur: Tu nihil inuita, dices faciesúe Minerua: conſidera ♂, ♀ & ☿ qui principales ſunt magiſterij ſignificatores. Quod ſi aliquis horum trium in 10. 1. vel 7. extra combuſtionem & radios Solis poſitus fuerit, vel dominus ſit ſigni medij cœli, & in dignitatibus ſuis eſſentialibus poſitus, natus nullo modo, erit ſine opificio vel exercitatione.

Si aliquis præterea vel plures vno ita conſtituantur judicium, vt ſemper, à fortiore & vincenti ſumes tuum, nam licet varia futura ſint ſtudia: illa tamen erunt frequentiora quæ à fortiore Planeta decernuntur. Ex contrario ſtatu contrarium facilè colliges.

De magiſterij qualitate.

Cum de qualitate magiſterij quærit, aſpice naturam & proprietatem planetæ magiſterium decernentem, vtpote Martis Veneris & ☿ ſignumq́ue quod peragrant. Dimidio configurationem cum alijs planetis, vbi ſemper fortior in omni judicio eſt præferendus, etſi duo magiſterio dominantur, fortior imbecilliore anteferendus eſt.

De ſucceſſu magiſterij.

Cum de ſucceſſu magiſterij quærit, aſpice conſtitutionem ac fortitudinem domini magiſterij, qui ſi fuerit potens ratione dignitatum eſſentialium & liber à radio partili ſiue platico maleficiorum, facit artifices celeres, claros, & anteferentes.

Sin debiles & omnibus modis infortunati, facit alijs ſubjectos contemptos in ſua arte, parum lucrantes, facilè aliorum reprehenſionem incurrentes. Sed de his omnibus vide plura in Pontano libro 7. de rebus cœleſtibus. Hæc ingenioſis dicta ſufficient: intentio enim noſtra non alia fuit quam

quam generalem quandam methodum judicialem inire, vt autem nulla à nobis prætermiſſa viderentur quæ ad rem præſentem faciunt ſignorum diuiſionem huic vnius hominis judicio poſtremò ſubijciemus.

Prima diuiſio eſt in quatuor trigonos.

Primus Trigonus, ♈, ♌, ♐, eſt calidus & ſiccus, diurnus cholericus & orientalis.

Secundus, frigidus & ſiccus, ♉ ♍ ♑, fæmineus nocturnus, melancholicus, meridianus.

Tertius, ♊, ♎, ♒ calidus & humidus, maſculinus, diurnus, ſanguineus, Occidentalis.

Quartus, ♋, ♏, ♓, Aqueus, frigidus & humidus, fœmineus, nocturnus, Phlegmaticus, Septentrionalis.

Secunda diuiſio.

Mobilia ſigna ſiue tropica ♈, ♋, ♑, ♎, ♏, ♒. Communia ♊, ♍, ♐, ♓.

Tertia diuiſio.

Imperantia & directè aſcendentia ♋, ♌, ♍, ♎, ♐. Obedientia & obliquè aſſurgentia ♑, ♒, ♓, ♈, ♉, ♊.

Quarta diuiſio.

Forma ♊, ♍, ♎, & prima medietas ♐. Mediocris formæ ♏, ♑, ♓. Deformia ♈, ♉, ♋, ♒.

Quinta diuiſio.

Fœcunda ♋, ♏, ♓, Sterilia ♊, ♌, ♍. Paucorum liberorum ♈, ♉, ♎, ♒.

Sexta diuisio.

Vocem habentia ♊, ♍, ♎, ♒, & medietas ♐. Mediæ vocis, ♈, ♉, ♌, ♑, & vltima pars ♐. Muta siue voce carentia, ♋, ♏, ♓.

Septima diuisio.

Septentrionalia signa. ♈, ♉, ♊, ♋, ♌, ♍. Australia sunt ♎, ♏, ♐, ♑, ♒, ♓.

Octaua diuisio.

Masculina sunt ♈, ♊, ♌, ♎, ♐, ♒. Fœminina ♉, ♋, ♍, ♏, ♑, ♓.

Quod verò ad particularia prædicenda attinet, vtpote alfridaria, chronocratore, transitus planetarum, directiones, profectiones & reuelationes, in nostra physica dicetur, sufficiet hic generalia, ad introductionem necessaria, demonstrasse.

CAPVT XXI.

De Crisi, & quibus membris planetæ præsunt, quasq; infirmitates excitent.

DE judicio, quod ad vnius hominis dignitatem spectat jam satis persecuti sumus, reliquum est vt de vniuersalibus quæ fata communia contemplantur etiam breuiter agamus.

Capit vlti. lib. 1. de iudicijs.

Primò itaque de crisi acturi scire operepretium est, quod crisis nihil aliud est, quam quod Latinis medicis judicium vocatur. Etsi autem à veteribus varijs modis judicium vsurpatur, Galeno tamen, nisi pro subita in morbo mutatione, &

multo magis pro ea, quæ hanc antecedit, turbatione sumitur. Porrò tamen κρίσις translata est, eodem Galeno teste, à judiciali foro: vt enim in illo inter eum qui accusat, & alterum qui accusatur, atrocissima sæpe pugna existit: vnus tandem vincit, alter vero succumbit atque vincitur: sic etiam in judicio morbus & natura corporis acerrimè inter se pugnant, vt ægro nihil aliud, quam illis qui in judicio de morte aut vita audiunt sententiam sit expectandum. Est igitur nihil aliud crisis, nisi subita aut præceps in morbo vel ad sanitatem, vel ad mortem mutatio.

Libr. 3. de iudicijs cap. 2.

Crisis quid.

Criticos vero dies apte à Lunæ cursu definiuit Galenus, quem sequuturi octo in vniuersum Lunæ figuras constituimus. Prima est in sexangulo mundi schemate, siue Astrologicè, in aspectu sextili, die ferè quarto. Secunda in quadrangulo schemate, siue aspectu quadrato, die septimo. Tertia in triangulo schemate siue aspectu trino, die vndecimo. Quarta in diametro siue oppositione, die decimoquarto. Quinta in eodem cum tertia schemate, die decimoseptimo. Sexta in eodem cum secunda schemate, die vigesimo. Septima in eodem schemate cum prima, die vigesimoquarto. Octaua in coniunctione, die vigesimoseptimo.

Lib. 3. de diebus decretorijs, cap. 2. 3. 5. 6.

Quadrant morborum insuper critici dies, qui morbis acutis die decimoquarto finiuntur, eo enim die ☽ ad exactum diametrum solis attingit, ac velut totius cardinem soluit. Sed hoc in loco summè notabis quod motus Lunæ variatur propter distantiam centri circuli eius à centro terræ, alio modo per modum epicicli, hic autem motus variatio in causa est quod aliquando 15. gradibus aliquando verò minus 12. Luna moueatur.

Cum igitur Luna fuerit velox primis sex diebus ad 4. aspectum perueniet, principio ægritudinis, additis horis paucis, sin vero tarda septem diebus quartum aspectum non attinget. Hæc motus Lunæ varietas sæpe in causa est quod

crisis sit irrita & in judicio medici errant, quare nullus se in manus medici committere deberet qui non est Astronomus & Medicus perfectus. Quomodo enim tempestatis qualitatem prædicet nauta, ventorum naturæ ignarus? non satis est materiam morbi cognoscere sed & formam & vnde hæc orta procedat. Morborum etiam quotidiana est renouatio, prout annorum reuolutio diuersitatem amplectitur. Et non tantum abditioris illius perniciei sæpe redolent, sed ex tacitis incomprehensisq; causis etiam proficiscuntur. Quia verò inuasionis tempus non omnibus peræquè latet generalem hic quandam viam struam qua ingressa ad vnguē critici dies (non solum qui à Luna proficiscuntur & in morbis acutis locum habent, verum etiam ab aliis planetis & in longū sæpe protrahuntur diuturni morbi) definiri facile erit, & Medicus multò ante tempore ipsius inuasionis, vt imminentibus malis corporis obuiam eat, se parabit, adeoq; ne quædam vitia, quorum cura commissus est accidant, & singulis periculis, perinde atq; peritus nauta futura tēpestate, rectissimè prospiciet. Ad hanc demum cognitionem (quæ ex astris sumitur) hominibus post summos labores à Deo tributam, si quis naturā vsumq; adiunxerit, ei ad perfectionem summi medici nihil deesse puto. Harum enim rerum cognitione pręcellit Medicus, vt omnium quę mundus complexu suo coercet, naturam atq; vires solertè consequatur, quæ demum ad vnius microcosmi (cuius præcipua illi cura est) commoda, salutemq; referat, & occultam perniciem depellat.

Tempore itaq; inuasionis aspice an Luna exeat de combustione tunc enim crescet infirmitas quousq; veniat ad oppositionis gradus. Si eo tempore fuerit cum malo Planeta, aut ab eis damnato, aut contra, cum bono & in bonorum radiatione, certè exitum (Deo volente) morbi pronunciabis. Huius verò rei veritas exemplo erit perspicacior.

Demus igitur infirmitatem alicui accedere quando Luna fuerit

fuerit in ariete cum Marte, solet caput maximè pati, idem eueniet si cum sole fuerit: sed diuersitate quia materia peccans tũc magis à sanguinis abundantia atq; feruore, alias à bile flaua superabundante fiet. Sentiet arteriarum, in temporibus pulsum cum dolore, ex quibus signis, & alijs commixtis ægrotum febre laborare dicimus, caliditas ab eo nõ recedit, vix loquitur, patiturq; anxietatem. Pectus incalescit, & pulsus eius vehemens cum dolore. Necesse est hoc in casu venam incidere, & rebus infrigidantibus caloremq; minuentibus vti non in medicatis solum verum etiam in victu. Hãc infirmitatẽ aut febrim in phrenesin degenerare vidimus. Et quando cum Luna fuerit Mars aut Saturnus morietur infra 7. diem; quando scilicet Luna quartum solis aspectum attigerit.

Si Luna fuerit in ariete & in fortunium Saturnus eam aspexerit, erit maxima humorum turbatio in capite, insanus euadit & nunc crescit decrescitq; malum. Causa difficilè ab Astronomo percipitur. Et si Luna fuerit diminuta lumine & gradibus reuersa ad primum Saturni aspectum (quando eum dimisit vaditq; ad alium aspectum) terminatur infirmitas in bonum siue malum prout bonorum radiationes accedãt; aut contra. In declinatione igitur, in qua vix aliquis fatum mortis ineuitabilem subit, si Luna radio aliquo Venerem aut Iouem attigerit, stabit infirmitas donec rursus aliam radiationẽ consecuta fuerit, antequam ad oppositionem Solis accedat. Si tunc Iouis aut Veneris aspectus non intercedat, sed Mercurij, absq; dubio patiens vitã cũ morte cõmutabit, sin verò Martis, euadit: fuitq; causa huius morbi pituita alba: & sic de cæteris.

Hæc autem, vt Generalia Medicus summè notabit & cum Methodo à Galeno Hippocrateq; tradito diligenter vna miscebit, nam temeritas profectò est aut potius furiosa dementia, hanc cœlorum influentiam, quam veterum omnium constanti traditione, DEI munere interuenire (vt principalis morborum causa) vel nulla ratione, non dicam

dicam minuere, sed ex toto auferre. Sed & plusquam furor est, fateri rebus quibusque diuinitus quępiam esse datum, à quo mouetur, neque tamen id diuino nomine dignari.

Porrò vt ad rem redeam, quibus membris Planetæ præsunt & quos affectus excitent operepretium erit ostendere.

♈ itaque præest, capiti faciei & partibus capitis, oculis auribus dentibus, & harum partium affectiones significat.

♉, præest collo, ceruici, gutturi, voci, &c.

♊, significant humeros, brachia, manus, scapulas.

♋, pulmonem, pectus, costas, mamillas, epar, splenem.

♌, cor, stomachum, dorsum, latera, diaphragma.

♍, ventrem intestina diaphragma.

♎, lumbos, vmbilicum, renes, femora, nates, vesicam.

♏, pudenda, vesicam, anum.

♐, costas, femora.

♑, Genua & poplites.

♒, Tibias, & crura.

♓, pedes, & talos.

Quæ verò de signis Zodiaci hic attulimus de duodecim domibus cœlestibus intelligi velim: vt enim partes capitis atque ipsum caput totum Arieti tribuimus, sic primæ domui caput, oculos faciem aures, &c. acceptum ferimus. Sequuntur Planetæ.

Saturnus partes corporis.

♄ autor, infirmitatum significat ex partibus corporis aurem dextram, splenem, vesicam, ossa, dentes.

Morbi Saturnini.

Ex horum verò membrorum infirmitatibus omnes morbi frigidi qui ex catharro oriuntur, vt sunt podagra,

lepra, ſcabies, cancer, paralyſis, tabes, ictera nigra, quartana febris, Iliaca paſsio, hydrops, catharri pituitoſi ad pulmones & pectoralia, tuſsis & ſimiles Melancholicæ infirmitates.

♃ ex partibus corporis obtinet Pulmonem, Coſtas, cartilaginem, Epar, Arterias, pulſum, ſemen.

Ex infirmitatibus horum membrorum. Peripneumoniam, Apoplexiam, Pleuriſim, Cardiacam, Anginam, Spaſmum, ſiue conuulſionem & ſtuporem, inflammationes Epatis, Dolores capitis, Paſsiones ſpinæ dorſi, item ventoſitates corporis, ſanguineas febres, & morbos qui ex flatibus, aut fœtore, aut putrefactionibus oriuntur.

Iouis corporis partes.

Iouiales morbi.

♂ ſignificat aurem ſiniſtram, fel, renes, venas & pudenda. Et horum morbos, Peſtem, Apoſtemata feruentia, acutas febres, vulnera præſertim in facie, morbos acutos, febres tertianas, continuas, & intermittentes, icteriam flauam, ereſipelas, carbunculos, fiſtulas, Epilepſiam, dyſenteriam ac ſimiles ægritudines calidas & ſiccas.

Martis partes corporis.

Morbi martiales.

☉ dominatur & hæc membra affligit, Cerebrum, neruos, Cor, viſum, oculum dextrum, neruos opticos, Latus dextrum.

Solis partes corporis.

Horum membrorum affectus ſunt, Syncope, Cardialgia, Spaſmus, Cholera rubra, Ophthalmia, fluxus oculorum, Catarrus frigiditas Epatis & ſtomachi, puſtulæ matricis & partium inferiorum.

Morbi ſolares.

♀ præſidet Renibus, Genitalibus, matrici, mammillis, Gutturi, Lumbis, Natibus, Epati, Spermati.

Veneris corporis partes.

Affectiones verò horum partium ſunt Matricis paſsiones, ſuffocationes, gonorhæa, diabethæ, Epatis & ſtomachi imbecillitates, ex cauſa frigida & humida, Morbus Gallicus, Lienteria, frigus ſtomachi, &c.

Morbi venerei.

☿ præſidet, Cerebro, ſpiritibus, memoriæ, imaginationi linguæ, manib. & digitis, felli, oſsibus, crurib. & cerebri neruis.

Mercurij partes corporis.

Horum partium morbi ſunt Mania, priuatio ſenſus com-

Morbi Mercuriales. munis, Lethargia deliria omnis generis, balbuties, & linguæ impedimenta, raucedo, morbus caducus, tussis, abundantia sputi, opilatio fellis, vomitus, catharri ex abundantia humorum capitis, & omnes morbi Melancholici.

Lunæ partes corporis. ☽ regit Cerebrum, oculum sinistrum viri, oculum dextrum mulieris, Stomachum, ventrem, Latus sinistrum, intestina, Vesicam, Gustum, Membra generationi dicata, Epar muliebre.

Morbi Lunares. Morbi verò Lunares hisq; partibus annumerati sunt Epilepsia, paralysis, Colica passio, Catarrus, Menstrua, Lienteria, Hydrops, Apostemata Phlegmatica, & ægritudines ex oppilatione venarum prouenientes.

Obseruatio vtilissima. Ex commemoratis manifestum euadit, qui morbi singulis partibus corporis dicantur. Neque tamen ita accipi velim, quasi omnes morbos simul adferat morborum significator, sed & aliæ circumstantiæ diligenter notandæ sunt, vtpote radiatio, cœli locus & signi natura. Exempli gratia; Demus *Exemplo demonstratio.* Saturnum multos in genere morbos significare, sed in signo Aqueo & à Sole combustum lepram tandem portendit. Sed hæc vnusquisque Philosophus facilè percipiet. Hæc autem à me non traduntur, vt aliquem à Galeni dogmate coner diuellere, quin in eo corroborare potius. Nec etiam planetas morborum significatores huc affero, vt quasi armis contendam, quatuor Elementorum mundi vires nullas esse, nullos affectus causare, sed vt clarum perspicuumq; fiat, eos qui morborum omnium efficientes, formalesq; causas, ab humoribus his elementis necessariò petunt, quæ duntaxat probabili ratione stabilitæ sunt, plurimum disputationibus suis hallucinari, multorumq; euentorum morborumq; causas alio pertinere.

CAPVT

CAPVT XXII.

De Quæstionibus & stellarum secretis.

QVamuis Dionysius Areopagita meminerit: arcana, scilicet, velamenta & secretissima symbola non in auram spargere, sed magis in aurem susurrare ne in vulgus proderetur: & primorum etiam philosophorum mos fuerit, quæcunque diuina attigissent, tanquam mysteria contegere, aut integumentis quibusdam & inuolucris implicata enuntiare, pauca tamen de secretis & occultis stellarum proprietatibus aperiam, quæ humanitus ferè acquiri nequeant, occasione præstãte, cum humana imbecillitate, quantum ad diuina occultaque spectat, tum rerum naturalium temporaria imbecillitate, ac alteratione continua, quod ad perfectæ scientiæ scopum pertinere putatur. Præterea verò potissimum quoniam diuinam hanc praxim cum materialibus atque humanis coniungere, quod in huiusmodi scientia fieret necessario, nihilo secius exstiterit atque si concordi vinculo maximè diuersa ac disparata connectere studeas.

In Ecclesiastica Hierarchia.

Totum autem hoc vt quam breuissimè percurramus, pro nostro captu, ponderanda FIDEI Christiani vis est, qua Ethnici frustrati, per vmbram saltem, si quid diuinitus vocaretur, viderunt atque perceperunt. Quis quæso mortalium absque hac diuinitus quãtulamcunque cognitionem obtinere potest? Nemo hercle, nemo. Ergo veritas Astrorũ, ratione superiorum (Fide interueniente) mentis illustratæ obiectum est & pabulum, & esca, & voluptas summa. Nulla in orbis terrarum amplissimo spatio, nisi reuelatione diuina de virtutib. & substantijs cœlestium corporum, tota & irrefragabilis habetur scientia. Huic enim deest causarum sufficiens notitia, inde permanentia substantia, & quod maximè obest fragilis industria, sera prudentia, citata mors, quo fit vt quam nos putamus sapientiam scientiamúe esse, is error sit.

Hæc commemorare voluimus, ne quis inconſideratè artem hanc arripiat, in qua FIDES maximè valet: quia ſiue ſapiemus ſempiterna vnde ſapientiæ nomen eſt, ſiue perpetua quibus fæx materiæ modica extat, ſeu cognoſcimus momentanea, fluxa & caduca, quæ tempori cœloq; ſubiacent, ſemper illis recta FIDES ſuperior eſt, per quam intellectus agens poſitus in culmine ac faſtigio humani animi, purus, lucidus, perſpicuus, radiantes in mentibus diuinis atq; ſupercœleſtibus, & refulgentes omnium rerum, tammortalium quam immortalium ſtatu: tanquam in quodam æternitatis ſpeculo intuetur; quæ omni rationis ordinatione, diſcurſu, indagine, opinione, ſcientia: Item omni denique intellectu poteſtatiuo agenti, ſpeculatiuo adepto, quantum ille ipſe ſe inferiora viſitat, longe quidem eſt certior, & tam ad contemplandum, quam ad agendum efficacior. Nam ſi liceat inferiora conferre ſuperioribus: ſicut anima ſecundum ſenſum fit aliquid idem actu cum ſenſibilibus, & ſecundum intellectum cum intelligibilibus. Ita quoque & amplius: per fidem fit mens noſtra cum ſupernis intelligentijs actu eadem & cum Deo coniuncta, in quo relucent omnes rerum cauſæ, multo eminentius, multo nobilius, quam ipſæ conſiſtere queant in effectibus. Secundas cauſas continet prima, vt fons riuulorum aquas: imo verò vt immenſum pelagus ſimul omnes vndas inſinuat, & ampliſsima eſt eius comprehenſio. Quare nos cum videremus in quæſtionibus noſtris, in occidente impedimentum aliquod exiſtere, firma fide ad ſequentem recurrimus orationem.

Oratio. DOmine Deus ſempiterne, ineffabilis, incomprehenſibilis & immobilis æternitas, qui es vnus omnia & omnium quæ ſunt præmordium, creator omnium & ignis conſumens. Deprecor te per nomen tuum admirabile quatenus mihi ſeruo tuo digneris concedere timorem nominis tui atq; amo-

rem

rem cum humilitate non ficta, quod studia mea & consilia verifices. Tu Deus Deorum solus qui labores & opera somnia & desideria superborum in propria virtute confidentium, & non in te, infatuas, adnihilas, mutilas, & Eclipsas, reprobas & castigas, derides & mortificas, humilias & condemnas, resecas & paruificas, me paruulum non despicias, & intellectum meũ ab errore custodias, illumines & tuo amore inflammes, per filium tuum amantissimum redemptorem nostrum, &c.

Sed hoc in loco nobis fortasse morosulus quidam obijciet: questio, scilicet, cadit sub arbitrio quærentis, ergo non sub influentia cœli. Respondeo verum id esse si necessariè id intelligatur, quia voluntas nostra absque consensu nostro non disponitur à cœli influentia, quod plerique in rebus vrgentibus contingere videmus. Homo etenim animal mobile amore corporum cœlestium instinctum, imitari illum non desistit, qua de causa qualis est in circulo, talis est in animo hominis constitutio, sed hæc sano modo intelligi velim. Hæc autem vniusquisqꝫ facilè percipiet, si varias cogitationes atqꝫ animi mutationes suas scrutari conetur, quas tamen necessarias non dixero, sed fieri secundum obiectum & cœlum motorem secundario.

Quod itaqꝫ vultus huius seculi subiectum sit cœlestibus, ait Ptolomæus in centiloquijs suis, & ideo quæstionum responsionem ratam esse.

Quæstio autem debet esse de rebus notabilibus & radicalis, spatio, scilicet 24. horarum in quærentis mente radicata. Huius rei veritatem approbat Guido bonatus quod quæstio fiat radicata his verbis: Modus quærendi est inuocatio nominis Dei, & habita quæstione per diem & noctem in mente Astrologum petat intentione veraci.

Guido bonatus.

Modus hic interrogandi & respondendi non secundum variam Arabum conclusiones 12. domorum, sed ad eum modum quo consueuerunt artifices perfecti suas conclusiones

ſtruere,conſtituitur,per materias ſcilicet & reſponſiones breues, quæ potius aphoriſmi nomen ſibi vendicant,aut noſtro modo eas, Cæli enarrant gloriam Dei rectius nominabimus, quod trifariè contigit creatione, conſeruatione atq; operatione quod cæterum ſpectat, propter moroſulos quoſdam nimios,ſilere,celare,occultare,tegere,tacere & muſſare conuenit.

Sigilla. Sigilla verò, quæ Græcis χειώματα ſunt, & his ſimilia non exagitabo propter præclaram de arte Aſtrologica exiſtimationem meã.Characteres namque,literæ,ſigna,&c.quodq; ſuas vires&operationes habet.Cũ igitur metallorum natura, conditioq; cœli,pariter & planetarum influentia, cum operationibus eorũ,item characterum ſignorum,& literarum ſignificationes atque proprietates,vna cum obſeruationibus temporum ſimul concurrant,& concordent: quid obſtaret, quo minus iſta ſigna,vel ſigilla vires & operationes ſuas non haberent varias. Etſi me non fugit, ſuperſtitione eſſe, & hæc ac eiuſmodi alia fœdiſsime contaminata. Quam execrantes, naturæ veritatem debemus aſſequi. De quo nunc plura dicere non eſt oportunum.

Mercurius Triſmegiſtus. Hæc & ſimilia diuina ſecreta Mercurius Triſmegiſtus occultiſsima penetrauit. Primus omnium de maieſtate Dei, de ordine ſpirituum & de animarum naturis ſapientiſsimè diſſeruit.Primus occulta hac ſapientia, Theologiæ appellatus eſt autor: ferturq; vniuerſalia ſacrorum complexus, conſcripſiſſe viginti ſex milia, quingenta & viginti quinq; liberorum volumina,in quibus admiranda arcana,ſecretiſsima myſteria ac ſtupenda pandit oracula:non enim vt philoſophus duntaxat locutus eſt,verum vt propheta multa præſagiuit.Nam priſcę religionis ruinã,nouæ fidei ortum, Chriſti aduentum, futurũ judiciũ,mortuorum reſurrectionem renouationẽ ſeculi, beatorũ gloriam, peccatorũ tormẽta præuidit atq; prædixit.Qua de cauſa,ambigit Auguſtinus,peritiane ſyderum,an reuelatione,ſpirituum illa,cognouerit. Lactantius ipſum inter Sybillas comme-

commemorare non dubitat nec ego his cōcessis, quibus Lactantium, inter summos Astrologos numerandum non ambigo. Et maximè ad hoc assentiendum me impellit, quod Iamblichus plurima de proprio spiritu subijciens, rationem duplicem, qua illum nobis familiarem reddamus, posteritati reliquit: Harumq; alteram artificiosam appellat, quam Porphyrius secutus ait ex cœli figuris & Geneseos potestate deduci. Quæ verò supra hæc est ratio, captiosa vana & scelerata est.

Cum autē spiritus sint duplices boni ac mali: Vtriusq; generis vis ac potestas est, vt volente atq; permittente Deo æterno, cum non exhibendo offerendoq; se conspectui forma cadente sub sensus, tum quam placuit figuram ostendendo, mirificas res efficiant. Atq; ante id tempus, quo patefacta est arcana sententia Dei de genere humano liberando & reconciliādo, quando secundum hanc Filius Dei in lachrymarum vallē se dimisit & sibi naturam humanam ita cōpulauit, vt natus in terra virgine matre, vnus IESVS verè esset Deus & homo: ante hoc inquam tēpus pestiferum ac malum scelestumūe genus spirituū, quos Dæmonas & Dæmonia appellari cœperāt, maiorem quasi dominationē habuit quandam in homines, & hos audacius licentiusq; illusit. Qua de causa verus atq; Christianus Astrologus Spirituum genus facilè discernere potest, quod in primis necessarium est qui tutè omnia ac secure vult agere. Nam licet Diabolus semel ad vera dicendum impellitur per curiosos homines multa ementitur. Itaq; quæ aut gentilitijs sacrificijs, aut simulatis diuinis nominibus accersiti cōuolant, omnes sunt cacodæmones: qui tametsi optant venire, cogi tamen se simulant, vt suis nos deinde præstigijs irretiant. Plerique tamen miseri homines iactant bonos dæmones posse sibi familiaritate coniungere quorum consuetudine optima quæq; cōdiscant: hi siquidē difficilè comparent, nec nisi summi Dei iussa capessunt, sed caueant diligenter sibi curiosili

huius-

huiusmodi, nam sine arte magica aut mathematica alliciantur omnia, vanitate plenissima sunt, instabilia, fœda, perniciosa atque fallacia, quippe quæ auctorem diabolum diuinorum simiam sortiantur, sæpe inania tantum simulacra pro veritate humanis sensibus obijcere consueuerunt, & an veri sint falsiue maxima est difficultas, & nullus (paucis exceptis) istorum spirituum vsum quempiam sibi admisit, non absque suo damno atque exitio aliorum detrimenta atque mala ferè coniunxit. Et vt paucis complectar qui vnquam familiarem spiritum adepti sunt talem qualis status animæ erat sibi compararunt. Quia animorum duo præcipua discrimina, vnum magnorum & excellentium, paruorum & humilium alterum. In hoc genere peccata communia ferè designantur, & sunt delicta mediocria, auaritiæ sordes, aut contra indiligentia atque profusio, procliuitas ad iucunda, vt secundum subulcum Homericum habeant homines:

Quod comedantque bibantque.

Et vt ait Latinus Poeta.

Viuant in amore iocisque.

Tales semper spiritum, qualem desiderat animus semper acquirunt vt diximus, de quibus tamen aliorum iudicium futurum sit, & esse debet, neque me plura addere oportet. His igitur, ea, quæ de his dicere visum est, adhibito silentio concludantur.

CAPVT XXIII.

De electionibus.

ELectio duplex ab Astrologis statuitur, particularis quæ ex directionibus, profectionibus, & transitu significatorum alicuius natiuitatis propriæ per loca sylegialia atque necessaria.

Altera

Altera electio ferè de rebus est omnibus, qua de causa aspice quam domum cœli cõtineat significatum tuę electionis, vt si pro breui itinere velis electionem, aspice tertiam domũ, quod si fortunæ in ea constitutæ fuerunt,& dominus eiusdem domus fortunatus,Lunaq; pariter fortunata, vel potius in ascendente constituta,cum bono beneficorum aspectu, siue domini itineris applicatione tempus ad peregrinandum aptissimum erit.·& sic de cæteris.

Nunquam tamen liberè erit eligendum,quia in suscipientibus, non æqualiter operatur cœli influentia , verbi gratia multi simul transfretant mare sub vno eodemq; temporis momento, aliqui eorum maximo cum lucro domum familiamũe repetunt,sani etiam & bene dispositi, alij moriuntur in itinere, alij depauperantur.· & causa est, quod ad struendas electiones Astrologus prius debet nouisse natiuitatis tempus atque horam. Quia propria sæpè alicuius natiuitas siue reuolutio horrendum aliquid euenturum hoc anno promittit, quod non contigisset(si his monitus) in domo patriaũe mansisset. Quare electiones non debent moueri nisi pro magnis hominibus,quorum complexiones, natiuitates & reuolutiones in promptu sunt. Tunc enim omnibus in rebus multum male peritus atque prudens Astrologus(Deo volente) prohibere potest.

In Electionibus regum atq; Principum,pro generalibus significatoribus, signa altiorum planetarum aspicies, in plebeiorum verò signa inferiorum.

Cum itaq; significator alicuius Electionis fuerit inter Ascendentem & domum decimam erunt dies & horæ, cum verò fuerit inter nonam & septimam erunt menses & septimanæ,inter septimam & quartam anni.

Cum duæ fortunæ coniunguntur, & Luna Ioui in latitudine,erit iustitia & quies, dirigeturq; terra,& sic de alijs.

Infinitæ possunt fieri Electiones vt pro bello,pro aggressu,via-

su viarũ,accessu ad Reges vel Principes,ædificijs inchoandis, mercaturis & subtilitatibus,matrimonijs,Thesauris abscõditis & similib.de quibus,singulariter Aphorismos tradere inutile est,cum optimorũ Astrologorũ scripta hic vbiq; pullulēt.

In Medicinis,vtpote pro venæ sectiõe & laxatiuis,electiones etiam fiunt. Item ad medicinam sumendam confortatiuam & cardialgicam ad conseruandum humidum radicale,ad conficienda Electuaria , aquas , & alia requisita quæ in bonis semper conficiuntur bonorum Planetarum influentijs. Vnde quinq; boni numerantur Planetæ, ♃ , ☉, ♀ , ☿ , ☾: qui boni dicuntur , quod influentia eorum communiter bona existit. Si igitur medicina alicui ministranda erit, scilicet confortatiua,fiat in hora aliquorum quinq; dictorum.Exempli gratia:Eligatur hora Iouis qui in omni die horæ dominiũ semper obtinet ferè,& si occasio ferat, Dies eius etiã sumatur, postea aspice num sit fortis & in bono cœli statu audacter medicinã administrabis:sin cõtra alius ex 5.eligatur. Virtus enim cœli, medicinæ virtutem mobiliorem atq; potentiorē reddet.

Diligenter etiam materiam medicamentorum animaduertere oportet, vt si medicina esset aurum potabile aut auri folia,vel folia arboris Lauri, vtputa si fieret aqua per distillationem foliorum Lauri hoc fiet hora Solis,& ratio quod Sol obtinet eius arboris influentiam si debita constellatione conficiatur, vtputa Luna existente in Ariete aut Leone, quia Leo est domus Solis,& super arborem illam habet influentiã, hoc modo de floribus rorismarini & alijs intelligi velim.

Pars etiam laborans diligenter attendatur, verbi gratia si caput confortare velis apta Arietem , sitq; Luna fortunis coniuncta, & si possibile est ab infortunijs libera. In cardialgia animi defectione & similibus cordis affectibus, apta Solem pariter & Leonem, & caue diligenter ne Planeta significator vllo modo sine accidentali essentialiúe debilis sit. Hæc breuiter de Electionibus quantum introductio hæc ferre potest dicta sunt.

CAPVT

CAPVT XXIIII.

De rebus magis vniuersalibus siue meteoris atque fato communi.

QVod ad elementa & imperfectè mixta spectat, abunde de his demonstrari possit si temporis occasio sineret. Scire tamen conuenit quod hæc à principio cœli & elementorum symphatia mutua reguntur quamuis Deus Opt.Max. illorũ primus sit motor atque opifex.

Horum sæpè per vnamquamque sublunaris ditionis particulam visa, pro ostentis atque miraculis habita sunt: De quorum significatis facilè nunc erit coniecturam facere, cum maior horum cognitionis pars jam dudum longa obseruatione elucescat. Sunt autem nix, ros, pruina, grando, pluuiæ, eiusdemque ferè materiæ. Sed hæc jam peruulgata.

Constat sæpè ac sæpius pluisse res penitus peregrinas: nunc sanguinem, lac, oleum, nunc carnes, pisces, vermes, pilos, lanuginem, cineres, cretam, lapides, lateres, ferrum, his plena sunt omnium & recentiorum & veterum monumenta.

Cometarum ab orbe condito fuit numerus infinitus ferè, ratio abstrusissima, obseruatio non tantum vtilissima, sed & maximè diuina. Sunt enim planetarum æmuli, præcipuarum crisium internuncij, ceu fæciales iræ diuinæ, ea mundi parte conspicui quæ corruptibilibus istis æterna connectit.

Phantasmata etiam præternaturalia non in aere solum, verum etiam in templis, in cœmiterijs conspicua sunt nõ imaginationis potestate tantum, verumetiam dæmonum machinamento, quibus informandi materiem vis non parua ab opifice. contributa est summa in meteoris omnibus sua est prodigiorum classis, numero propè inexplicabilis, quæ tamen, diabolici obmissis nituntur physicis causis:

ſæpe etiam diuinitus pendente: aliquando miſtam indolem ſortiũtur, vel ex naturali facie in metaphyſicam trãsferuntur.

Accidunt etiam ſubito terræmotus, tempeſtates arduæ ventorum, fulgurum, tonitruorum, hæcq́ue cauſas habent legitimas à cœleſtibus ſyzygijs; ſed tantum eouſq́ue progredi ſolent tum ſpecie ſua tum magnitudine, vt etiam in portentis vel principem inueniant locum. Multum his conferunt magni congreſſus planetarum præcipuè ſuperiorum ♃, ♄, & ♂, vbi circa ſtationes fuerint copulatæ.

Cauſæ Aſtronomicæ.

Quod verò ad fatales caſus attinet ac mutationes ex magnis cõiunctionibus, Eclipſibus, Cometis, alijſq́ue impreſsionibus prędicuntur, quos naturaliter omniũ hominum animi tũ cum conſpiciuntur, in triſtia portenta vertere conſueuerunt. Quanquam autem ſapientuli quidam oſtentorum negant opinionem affigendam illis magnarum coniunctionum & Eclisium phænomenis, cò quod naturali cauſarum ordine ſtatis temporibus fiant adeò vt præſciri ante & prædici poſsint. Prodigioſa enim ea tantum eſſe, quæ præter vſitatum naturæ curſum extra certam & perpetuam cauſarum ſeriem & effectuum naturalium fiunt. Tamen jeiuna nimis eorum ſapientia, quæ à communi & naturali doctorum hominum conſenſu, & experientia diſcedit quæ teſtantur in mundo hæc eſſe quaſi conſpicua Dei oracula, diuinitùs in rerum natura ordinata, vt his imminentes calamitates & mutationes humano generi ſignificentur: Vtpote virtutes ſcelera, pacem, bellum, concilia & mutationes Reipublicæ & Regnorum victoriam, ſtrages, copiam & inopiam, proſperitatem & calamitatem, &c.

De morbis Endimijs, Epidemijs, ſiue ſimplicibus, ſiue peſtilentibus quicquam conari longè pulcherrimum eſt atq́ue vtiliſsimum ex decretis Aſtrologicis. Hæc Hippocrati maximè ſunt conſentanea, & vbique inſignem methodum, & cauſarum agentium ad materiem paſsibilem analogia fabricatam obtinent.

Circu-

Circulator verò quidam hac in ciuitate Hamburgensi edito de peste Libello vehementer æstuat, vt tueatur pestem hoc anno 1597. grassantem non aliunde quam ex putredine atq; exhalationibus prauis proficisci: cui (Deo volente) respondebo, asininaq; argumenta eius in trutinam mittam, quibus cunctis perspicuum euadet, tales suo temperamento agẽtes non materiam solum saginare, verum etiam rerum naturalium veritatem ipsumq; Iouem, summè affligere. Audi quæso: Astronomiam artem esse verissimam Astrologiam verò nequaquam. O rana Egyptiaca, pectus sine capite: & quid Theoria absq; praxi, optimum fuisset non nasci, quam huiusmodi subinde argumentis nugatorijs, singulis sapientiam tuam mancam patefacere.

Sed illo posthabito ex iam dictis constat Astrologiam puram esse partem physices, & jucundissimã contemplationẽ qua cognita, sic peragrat animum philosophorum verorum, sic mentem sensusq; eorum pertractat, vt quo penitius cuncta comparent atq; examinent, minus jam minusq; auelli queant, quin propè in singularia ferentur, nisi nos dictum sapientis ceu freno immisso validius retineret: ægrè, scilicet, æstimari quæ sunt in terris, & quæ in conspectu sunt inueniri cum labore. Quæ autem in cœlo sunt quis inuestigabit? aut sensum tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam Deus, & spiritum tuum miseris ex altissimis? Est enim hæc speciosior Sole & super omnem dispositionem stellarum comparata Luci: hæc tamen prior inuenitur: nimirum vti exemplar sua imagine. Monet quoq; nos Vrielis Angeli vox apud Esdram: Tu quæ tua sunt tecum coalescentia non potes cognoscere, & quo pacto vas tuum capere poterit viam altissimi, ac jam externis corrupto seculo intelligere corruptionem euidẽtem in facie mea? ac paulo post: Quemadmodum syluæ data est terra, & mare fluctibus suis: sic qui supra terram inhabitant, quæ sunt supra terram intelligere solummodo possunt: & qui supra cœlos, ea

Sapien. 9.

Cap. 7.

Lib. 4. cap. 4.

quoq; quæ supra cœlorum altitudinem sunt constituta: quod etiam festiuo prius apologo, nimirum inter syluas & maria exorto certamine demonstrauit. Quapropter finem modumq; præsagij certum à mente communi sola, ab vno lapide philosophorum sine nomine pentagrammaton deinceps cum silentio & timore discemus. Illa enim quæ toto hoc opusculo dicta sunt generatim illius verbo ac censuræ commissuri: nihil ratum in omnibus, nihil ex auro solido quod non ad vnũ hunc lapidẽ Lydium, vel Heracleũ ante sit exploratum.

His peractis, quibus judicij vis sana & perspicax est, tanta periphrasi atq; argumentorum mole opus non fuit: at quibus fuliginosa ratio est, aut prauis effectibus compedita, his nullus tam canorus Orpheus, neq; tam facundus Gorgias dari possit, quin ad semel conceptæ sententiæ modum ac defensionem cuncta detorqueant.

Eant igitur nunc, eant peruersi nostri Zoyli contra quam VERIFONS ille clarissimus vocat, aduersum studia atq; obseruationes eiusmodi pergant nunc palam furere, debachari, clament esse indignas homine docto ac Christiano, superstitiosas, illicitas, si tanta est horum vanitas, atq; pernicies cur eadem Christus æterna patris sapientia voluit obseruari? cur genus mortale edocuit? cur terris ostendit.

Sed vt ad conclusionem perueniamus modestam præsagiendi rationem ex astris atq; diuinis spectaculis Christi doctrinam consentaneam esse dicimus, & maximè eos hallucinari qui absq; distinctione omnia à Deo primariè fieri tradunt quasi nullis causis secundarijs vnquam vsus fuisset, hos etiam sequi qui mundi curriculum vniuersum humanis discursibus alligarunt. Nullamq; esse intellectus agentis aliam facultatem, quam quæ à corpore sit oriunda, & in discursus corporeos reuoluta, eiusdem angustijs terminetur. Quod ne huius opusculi, studiosos terminis implicari velim, sed memores sint dicti Ptolomæi: à te & à scientia, & Hippocratis: Vita breuis

ars verò longa. Sicut enim bonos Poetas ars sola non efficit, plerũq; in ijs natura valet & maximè Sãcti spiritus illustratio, sic neq; sola ac inueterata disciplina Mathematicũ non efficit.

Habes itaq; Lector beneuolè, quod multi sæpè expectarunt & syderalis doctrinæ amantissimi à me flagitarunt. Hic labor si vobis gratus fuerit, dabimus operam vt in hoc genere plures communicentur lucubrationes Astrophilis. Rogamus itaq; omnes cœlum aspicientes & colentes hæc studia, boni consulant, & contra scorpiones & maledicos Mathematum hostes ac calumniatores defendant, & vt meam quoq; existimationem tueantur etiam atq; etiam oro. Ac si quid accuratè minus hic elaborauimus in primis in conficiendis Thematibus cœli & locis Planetarum constituendis, id benigne quæso corrige, & emenda. Optimè amicè, liberrimè, & vt me de erroribus commonefacias & modestè sine inuidia ac contentione mecum conferas de ijsdem, amanter oro. Si quid etiam confusè scriptum sit benè ferant rogo atq; intelligant, sępè à confusa narratione, imo omni cognitione, ad definitam debere procedi. Fitq; hoc: quando ab idea, esse cuiusq; communissima, quæ se vel sponte ingerit vbi animus tum lectione paululum, tum rerum vsu fuerit confirmatus, sensim ad definitam demonstrationem atq; ordinem, circumscriptionemq; rei alicuius proficiscimur. Quare cum nemine contendam de ordine compositiuo, quem velim suscipiant alij. Oro & hoc amanter vt si qui Exempla Geniturarum collegerunt summorum Principum atq; Heroum, ac singularium casuũ, in Anglia Francia, Germania aut vicinis regnis, nec non aulis versantur, genesęos ad nos vel tempora saltem trãsmittãt, vt Exemplorũ opus, omnino dignum admiratione quod Physica judiciaria & in vestram gratiam excudendum susci pio, compleatur à nobis atq; exornetur. Benè & feliciter vale optimè Lector, ac Iesum Christum pro me ora, vt mea studia clementer gubernet.

QVID CÆCVS DE COLORIBVS,

ERRATA TYPOGRAPHICA

fol.2.verſ.20.pro heractitus leg.heraclitus fol. 8.verſ 17. pro ligeritur leg.digeritur fol. 9. verſ.18.pro altrum leg.alter fol.9. verſ.31. pro hanc leg huius fol.13.verſ.vlt. pro ligna leg.lingua fol.16.verſ.2.pro nonum leg. nouem fol.16. verſ.13. pro criſta-lium leg criſtalinum ibid.verſ.17.pro repulia leg. reptilia ibid. verſ.22.pro abnexus leg.adnexus ibid.verſ.28. pro alimoniam leg.alimonia fol.17.verſ.28.pro regit leg.regi fol.19.verſicul. 7. pro & leg.in ibid.verſ. 13. pro curſus leg. curſu fol.19. verſ.19. pro beltuinum leg.beluinum ibid. verſ.20. pro Antonisq; leg. Antoniq; ibid.ver.22.pro ſinauus leg.ſinamus fol.20. verſ.1.pro œconimas leg.œconomos fol.20. verſ. 24. pro tuum lege tum fol.25.ver.29.pro ſpiritum leg.ſpirituve fol.26.verſ.7.pro Deus leg.de his ibid.verſ.9. pro alliatum leg.alia tum ibid. verſ.23. pro vt leg.vi.fol.27.verſ.6.pro mimentisq; leg. minuentisq; fol. 28.verſ.24.pro faſtu leg.& factu fol.30.verſ.5.pro iuore leg.li-uore ibid.verſ.21.pro patit leg.patitur fol.33. verſ. 10. pro eius leg.huius fol.44. verſ. 30. pro ſicut & leg.& ſinit ibid. verſ.12. pro ornatior leg. formatur fol. 47. verſ. 27. pro thorage leg. thoragia,id eſt pleiades fol.48. verſ. 1. pro aliæ leg.illæ fol.58. verſ.17.pro qui repone quia fol.59.verſ. 18.pro imperatur leg. leg. imperat fol. 66. verſ. 12. pro radix leg.radicem & humidi, ibid.verſ.pro conuertibilis leg. conuertibili.ibid. verſ.7. pro nouam leg.nouenam fol.89.verſ.13.pro dicere leg. eligere ibid. verſ.25.pro interminatum leg.indeterminatum fol.96.verſ. 25: pro ſubſternamq; leg. ſubſternanturq; fol.102.è regione tauri poſt L. literam pro o. pone 8.fol.105.verſ.25.pro multoq; leg. nulloq; fol.112.verſ.3.lege filij fol.119.verſ.9. poſt 18. repone 19. pro 10.fol. 120 vlt. verſ.pro ☉ repone ♉ fol.124. verſ. 27. lege queunt ſequenti verſu lege vtatur fol.125. verſ.32.leg. nato iu-uene exiſtente fol.138. verſ. 18.leg. vtramq; fol.145.verſ.11. pro inficiant leg.inficiantur.

H A M B V R G I,

Ex Officina Binderiana, per Philippum de Ohr.

Impenſis ABRAHAMI KRETZERI.

ANNO M. D. XCVIII.

ERRATA TYPOGRAPHICA